

Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

Radcliffe Library Trajani Augusti

G.160.18.20.

78.C.2

E. BIBL. RADCL.

RR. W. 253

C

Aurelius Victor floruit Trajani tempore

L. 160. 18. 20.

78. C. 2
E. BIBL. RADCL.

RR. W. 253

ΡΟΥΦΟΥ ΕΦΕΣΙΟΥ

Περὶ τῶν ἐν νύσει καὶ νεφροῖς παθῶν.
Περὶ τῶν φαρμάκων καθαρτικῶν.
Περὶ θέσεως καὶ ὀνομασίας τῶν τοῦ ἀνθρώπου μορίων.

RUFI EPHESII

De veſicæ renumque morbis.
De purgantibus medicamentis.
De partibus corporis humani.

Nunc iterum typis mandavit

GULIELMUS CLINCH, *M. D.*

Qui & DISSERTATIONEM de AUCTORE, ejuſque Scriptis, unà cum COMMENTARIOLO de uſu idoneo veſicantium in morbis curandis adjecit.

LONDINI,
Typis *J. Bettenham*,
Impenſis J. CLARKE Bibliop. apud Excambium Regium in Cornhill. MDCCXXVI.

ΕΚ ΤΩΝ ΣΟΥΙΔΑ.

Ῥῆφος Ἐφέσιος ἰατρὸς γεγονὼς ἐπὶ Τραϊανοῦ σὺν Κρίτωνι. Φέρεται αὐτοῦ βίβλια πλεῖστα ἐξ ὧν ἡ ταῦτα. Περὶ διαίτης ε. Περὶ διαίτης πλεόντων α. Περὶ τραυματικῶν φαρμάκων α. Περὶ θραυματισμοῦ ἄρθρων α. Περὶ σύκων α. Περὶ ἀρχαίας ἰατρικῆς βιβλίον α. Περὶ γάλακτος βιβλίον α. Περὶ οἴνου βιβλίον α. Περὶ μέλιτος.

VIRO DOCTISSIMO

RICHARDO HALE, *M.D.*

GULIELMUS CLINCH

S. D.

MITTO tibi, Vir ornatiſſime, *Rufi Epheſii*, quæ ſuperſunt, opera, medici inter Græcos celeberrimi, & Galeno teſte in ſcriptis Hippocratis verſatiſſimi: Nec alius ſanè quiſpiam eſt, in cujus clientelam *Rufum* potiùs commendem quàm tuam; Illi enim eadem Tecum ſtudiorum ratio, idem erga politiores litteras animus: nec tibi magis in deliciis eſt, quam & illi olim fuit princeps poetarum *Homerus*. Is ſolus, quam rei anatomicæ ſcientiſſimus fuerit *Homerus*,

merus, unà tecum expoſuit; & ſanè quicquid aut artis uſpiam ſit, aut eruditionis, in divino illo poemate haud fruſtrà quærimus.

In initio hujus opuſculi accuratè adèo & diligentèr renum & veſicæ affectus explicuit, ut omnem ferè in hac re notitiam, quam aſſecuti ſunt poſteri, a *Rufo* accepiſſe videantur. Nec medendi modò viam quaſi digito monſtravit, ſed quod in *Hippocrate* deſideratur ſupellectilem medicam copioſiorem ſuppeditavit.

In quo de purgantibus medicamentis verba facit commentariolo (cujus fragmentum ſolummodò temporum injuria nobis ſupereſſe permiſit) horum & doſes & uſus perſpicuè ſatis atque eleganter exhibuit; & profecto quædam cathartica huic magis quàm illi morbo accommodari poſſe, ut *Rufus* ſuggerit, & res ipſa & experientia teſtantur, quicquid ſcioli nonnulli contra diſputant; ſi enim ea ſit purgantium vis, ut humoribus ſecernendis immixta, eorum ad ſe particulas alliciant & trahant,

& trahant, itáque demùm ſecretionum quantitatem adaugeant, quid animo conſequi facilius eſt, quàm quod humores aliquot hujus quàm illius cathartici particulis ſeſe promptiùs & fortiùs adjungant, ideoque diverſa purgantia poſtulent, quæ eos per inteſtinorum glandulas abducant. Nemo vero eſt, qui Teipſo meliùs hanc litem dirimat, cui purgantium indolem tam multiplex uſus explicavit: ea enim medicina ad maniacorum curationem plurimùm confert, quorum valetudini ſummâ cum tuâ laude & ægrorum utilitate diù proſpexiſti.

Ultima pars hujus libelli univerſam rem anatomicam, perbrevi licet ſpatio, oculis noſtris ſubjicit. Quòd verò hac in arte plurimùm profuerit *Rufus*, id *Herophilo* maximè debetur, qui adhuc rudem & vulgarem hanc ſcientiam paulò ſubtiliùs excoluit: Is enim [a] nervorum propagines priùs incompertas primus indagavit. Adeò autem ab humani corporis diſſectionibus veteres abhorrebant, ut

[a] Gal. de diſſec. Vulvæ Cap. 5.

vel iis intereſſe nefas eſſe exiſtimarent ; deinceps verò cùm apud Ægyptios [b] pollincturæ mos invaluerit, hujuſmodi ſpectaculis mentes hominum magis magiſque indiès aſſueverunt, & tùm demùm ſub *Herophilo* & *Eraſiſtrato* in [c] *Alexandriæ* ſcholis ars anatomica renaſci cœpit. Verum enimverò clariſſima hæc medicæ artis lumina haùd citiùs è vitâ emigrarant, quàm, quæ in humanis corporibus fieri ſolebant, prorſus negligerentur diſſectiones ; & illorum ſucceſſores (inter quos utpotè primus cenſendus eſt *Rufus* noſter) in brutis ſolummodò animalibus naturæ vias ſcrutarentur. Ità ad Galeni uſque tempora, qui ſubſecuti ſunt, medici, comparativam, quam dicunt, anatomiam exercuerunt. In quo Anatomes genere & Galenus ipſe potiſſimùm deſudaſſe atque elaboraſſe videtur ; brutorum enim ſæpiùs, hominis rariùs partes deſcripſit. Nullibi verò, ut tu optimè advertis, majores, quam ſub noſtrorum hominum auſpiciis, ars anatomica fecit progreſſus ; & ſi ex præſenti noſtratium induſtriâ at-

[b] Le Clerk Hiſt. de la medicine, Part 3. Liv. 3. Cap. 5.
[c] Gal. Adminiſtrat. Anatom. lib. Cap. 5.

que

que diligentiâ conjecturam facere liceat, Britanniarum medici & chirurgi in anatomiâ cæteris gentibus facilè palmam præripient.

Tu interim, Vir amiciſſime, mihi ignoſcas, quòd in rebus iſtiuſmodi enarrandis, quas Teipſo melius nemo norit, te prolixiùs detinuerim: Si qui tamen tui tuorumque ſtudiorum ſint amantiores, illis me quoque ſi id eſſe tanti exiſtimas, velim annumeres. Vale.

Dabam Londini
Cal. Jan. 1726.

DE

RUFO

ET

RUFI SCRIPTIS

DISSERTATIO.

§. 1. QUO quidem tempore floruerit *Rufus*, diſconvenit inter authores; plerique verò *Suidam* ſecuti ſub imperio *Trajani* collocarunt, quo in numero ſunt [a] Cl. *Clericus* & *Georg. Abr.* [b] *Merclinius*. Attamen ſi *Tzetzæ* habenda ſit fides, multò longè vetuſtior eſt, cum in Chiliadibus ſuis *Cleopatræ* Reginæ fuiſſe medicum ſcribat. De Rufi Ætate.

[a] Hiſt. de la Medicine, part 3. liv. 2. cap. 3.
[b] De Script. Medicis.

Rufum quendam ſub *Alexandro* magno in re medica inclaruiſſe refert *Greg.* [c] *Abulpharaiius*, illum verò ab *Epheſio* noſtro longè alium fuiſſe temporis ratio convincit: eſt enim inter *Alexandri* & *Trajani* tempora pluſquàm quadringentorum annorum intervallum.

Multos ſanè auctores in ſcriptis ſuis memorat *Rufus*, de his tamen omnibus, tanquam vetuſtioribus, nullis autem utpotè ſibi coætaneis loquitur, ità ut ex his nihil deſumi poſſit, quod illius ætatem commonſtret; illum tamen imperante *Trajano* floruiſſe, ut *Suidas* narrat, id ſatis magno argumento eſſe debet, quod [d] *Galenus* circa 15 *Adriani* annum natus, *Rufum*, cujus ſæpiſſimè cum [e] laude meminit, inter recentiores numeret. Sed de his ſatis.

De Medendi ratione quam in ſcriptis ſuis tenuit Rufus.

§. 2. Hunc de renum & veſicæ affectibus tractatum penitiùs intuenti, quam in morbis eorumque ſignis internoſcendis diligentiam adhibuerit *Rufus*, facilè innoteſcet. Is enim

[c] Hiſtoria Dynaſtiarum, p. 59.
[d] Hiſtoire de la Medicine, part 3. liv. 3. chap. 1.
[e] Gal. de atrâ bile Cap. 1. Id. in lib. 6. Hipp. de Morb. vulg. Com. 1. n. 10.

non

non modò minutiſſima quæque morbi diſcrimina brevitèr & dilucidè notavit, ſed etiam curandi viam indicavit, & uberiorem remediorum copiam ſuggeſſit. Hæc autem omnia ex ſequenti narratione meliùs intelligentur, in quâ methodum, quam in medendo tenuit *Rufus*, lectori explicabo. In primo hujus opuſculi limine quam ægrè renum & veſicæ [c] ulcera ſanantur, exponit, quippe quæ ob continentem urinæ influxum, cicatrice obduci haud poſſint. Notas etiàm quibus renum inflammationes dignoſcuntur luculenter adeò deſcripſit, ut in medendo parum verſetur oportet, qui exinde prima fronte morbum haud perſpexerit [f]. Ægrotantibus, inquit, dolor infra lumbos, incedendi aut ſeipſos erigendi impotentia, extrema frigent, meiunt aſſiduè & difficultèr, in initio tenuia & aquoſa, invaleſcente verò phlegmone rubicundiora [g]. In his vero inflammationibus curandis ægrum in lecto ſeipſum continere & ſorbitionibus ali imperat, & hanc præcipuè cautionem adhibet, quæ certè in praxi

[c] Cap. 1. p. 2. [f] Cap. 2. *p.* 2. [g] Cap 3. p. 3.

haud leviſſimi eſt momenti, nè, niſi dolore priùs ſublato, eliciantur urinæ. [h] Clyſterem ex ſoliis malvæ & ſemine lini cui parum olei admixtum ſit, præcipit, hunc vero non niſi exiguâ admodum quantitate injici vult, eâ ſcilicet ratione ne inteſtina enemate nimis diſtenta renes comprimant; ſubductâ autem alvo, ſi necdum concedat dolor, lanam oleo calido delibutam adhiberi jubet.

In ſequenti quidem capite præſcriptorum ſeriem unicuique hujus morbi ſymptomati accommodatam exhibuit. In initio [i] venam in cubito jubet incidere, quod, ſi minùs inflammationem repreſſerit, emplaſtra ex farinâ mulſo incocta adhibet, his verò ſi haud lenitus ſit dolor, iterùm ſanguinem, cucurbitulis lumbis partibuſque infra ilia admotis, detrahit; poſteà fomentis utitur, facitque uti æger, ſupra aquam calidam in quâ papaver, anthemis, arundo, juncuſque coquuntur, deſideat. Ultimo autem ex oleo Cyprino, roſaceo, & Irino unguento cerata partibus affectis ſuperimponit.

[h] Cap. 4. p. 4. [i] Cap. 5. p. 45

Quam

Quam impares in arte medendi progreſſus recentiores habuerint, quæ in hoc capitulo præſcribuntur, cuilibet indicio ſint, cùm & curandi methodus & remediorum ordo, quibus experientiſſimi in his caſibus hodiè utuntur medici, a prædictis parùm vel non omninò diſcrepent. Uti verò quo demùm tempore urinam moventia cum maximo decumbentium fructu adhibeantur priùs indicaverat, nè ità inſtructum medicum armis ad morbum depellendum aptis deſtitutum relinqueret, fœcundam hujuſmodi medicamentorum [k] meſſem exhibuit. Quoties verò renibus aut veſicæ exorta eſt [l] ſuppuratio, ut quam celerrimè maturetur, imperat, & deinde ea, quæ & [m] abſceſſum frangunt ulcuſque [n] urinas provocando lenitèr abſtergunt, pharmaca præſcribit. Ad ulcus verò detergendum lactis [o] aſinini & equini uſum præcipuè commendat. His tandem medicamentis cum morbi vis devincatur, victu idoneo ægroti viribus inſtaurandis ulteriùs proſ-

[k] Cap. 7. p. 6. [l] Cap. 8. p. 7. [m] Cap. 9. p. 8.
[n] Cap. 10. p. 9. [o] Cap. 12. p. 10, 11.

picit.

picit. Ad hanc rem carnes & olus laudat. Inter olera tamen ea jubet, quæ & [p] ventrem lenitèr ſubducunt, & urinarum acrimoniam retundunt; de carnibus vero hanc adhibet cautionem, ut haud unquàm iis, niſi prorſùs [q] extincto febris ardore, veſcatur ægrotus. Hoc de victûs ratione conſilio ità adhibito, pauca quædam de [r] quiete & exercitatione memorat, hanc ingraveſcente, illam, non niſi inclinante morbo idque paulatim & modicè præcipit, deinde vero quo firmior & valentior evaſerit ægrotus, eò plus deambulationibus exercitationibuſque aliis uti jubet.

De Purgantibus.

§. 3. [s] Dejectionem antiqui variis medicamentis crebraque alvi ductione in omnibus ferè morbis moliebantur; hoc in concinnandis pharmacis artifex peritiſſimus edocuit *Epheſius* noſter, qui licet omnibus, quorum meminit, purgantibus id aſcribat & attribuat, quod bilem pituitamque purgent; ſingulorum tamen virtutes peculiares exhibet,

[p] Cap. 13. p. 12.
[q] Ibid.
[r] Cap. 15. p. 13. Cap. 16. p. 13, 14.
[s] Celſus.

& in

& in quibus humoribus ſubducendis & affectibus curandis præter cætera excellunt, indicat. Ita [f] Colocynthida ſuſpirioſis, laterum doloribus, inveteratis capitis cruciatibus, & ſingultibus prodeſſe, [t] Aloen ictericis & jecinoris vitiis ſubvenire ſcribit.

§. 4. Id *Rufus* perſuaſiſſimum habere videtur, nihil ad curandi rationem plus conferre quam anatomes peritiam; quâ de cauſâ juniores medicinam facturos mortuorum corpora incidere, eorumque viſcera & inteſtina ſcrutari hortatur; ne verò in hujuſmodi ſtudiis proſequendis impedirentur, eò quod vetuſtiores medici, qui de re anatomicâ ſcripſiſſent, diverſis nominibus eaſdem partes notarent, tres de corporis humani partium appellationibus libros compoſuit; in quibus quem ſitum membris natura tribuerit, eorumque ſimul nomina a variis rei anatomicæ ſcriptoribus indita breviter perſtrinxit

De re Anatomica.

Rufus verò cum omnia in humanâ fabricâ uti artifex ſcientiſſimus expoſuerit, tùm

[f] Pag. 15. [t] Pag. 16.

præcipuè

præcipuè oculum ejuſque tunicas mirâ quadam ſolertiâ depinxit; nec nudam ſolummodò partium deſcriptionem ante oculos ponit, ſed earundem etiam uſus pro iſtis temporibus haud perperàm explicuit. Venas quidem ſanguine, arterias ſpiritubus repleri *Eraſiſtratus* ſuis tradiderat, hunc verò errorem, quem *Galenus* poſteà ſuſtulit, ſuis eripere incepit *Epheſius* noſter; is enim arterias [u] ſanguinem æquè ac ſpiritus continere contra communem opinionem ſtatuit. Quamvis enim in pleriſque quæ ad rem anatomicam ſpectant, *Herophili* & *Eraſiſtrati* ſententias ſequeretur, ſæpiùs tamen in corporibus incidendis a calcato tramite deflexit. Rem ità ſe habere liquido patet, quod [w] vaſa quædam in utero anteceſſoribus ſuis incognita deprehenderit.

Quæ in hoc tractatu intra paginam 46 & 52 explicantur, in præcedenti libro totidem ferè verbis exprimuntur, verique ſimillimum eſt, prælectionis anatomicæ, quam ſuis habuit *Rufus*, materiem continere; ad ſecundi libri finem, oſteologiam adjecit, ſed uti ni-

[u] Pag. 64. [w] Pag. 40.

hil

hil quod ad rem anatomicam ſpectat, authoris noſtri diligentiam fugit, ità in eo quædam antiquiſſima partium nomina, quæ præterea nuſquam, ut opinor, inveniuntur.

§. 5. *Rufi* ſtylus nitidus eſt & ſimplex, ad argumenti ſcopum, rerumque dignitatem accommodatus. Non nugax & multiloquus ſermo, ſed conciſa quædam dicendi ratio, & brevitas omni verborum pompâ ornatior. Ipſi ſanè cum paucis commune eſt, materiâ magis quam verbis abundare, periodoſque & clauſulas miro quodam ingenii acumine contrahere. Antedicta, niſi res ita poſtulat, nuſquam pœne repetit; quæ omitti commodè poſſunt, ubique negligit, & plura ſenſu dignoſcenda relinquit, quam ſcripto exprimit. Quid multa? De re medicâ graviter juxta & nervoſè diſſerit, omniaque tam brevitèr abſolvit, ut nihil ſuperfluum, tàm perſpicuè enarrat, ut nihil mancum mutilumve videatur. Hæc etiam illi præcipuè tribuenda eſt laus, quòd optimo ſcribendi genere & dialecto omnium longè celeberrimâ utatur. Dicto enim eſt plane Attica, ſi tamen ſtylo haùd mu- De Stylo.

tato ad nos uſque devenerint Rufi ſcripta, non ſine cauſâ Atticum in eo miramur characterem, qui & patrio ſermone uſus eſt Ionico, Ioniceque ſcribentes habuit *Homerum*, *Herodotum* & *Hippocratem*, Poetas, Hiſtoricos, Medicos, ætate venerabiles, eruditione illuſtres, nominiſque celebritate per univerſum orbem florentiſſimos.

De hac novâ editione.

§. 6. Sed ut huic ſermoni aliquando finem faciam, lectorem monitum volo, me huic editioni verſionem vulgarem, attexuiſſe ab anonymo partim, partim a *Junio Craſſo* conſcriptam, quæ utcunque in re criticâ verſatis minus arrideat, auctoris tamen mentem optimè exponit, licet dictio nonnunquam a Græco Idiomate, plus quam par eſt, paulo recedat, qua ratione in uno vel altero loco emendavi. Verum enimverò multum foret optandum juvenes præcipuè medicinæ ſtudioſos græcis litteris adeo fuiſſe imbutos, ut parum vel non omnino latinis verſionibus egerent, quæ plerumque inconditâ quadam barbarie horrentes vel legenti planè nauſeam creant, vel in cauſâ ſunt ne unquam ſtylum politiùs effingant. Quantum

Quantum auxilii ex MSS. ad hoc opus illuſtrandum comparari potuerit, haud ſatis certo ſcio, ex his enim non eſt qui mihi in manus incidit, unius vero cod. manuſcripti *Bernenſis* meminit Fabricius, quam lubens gaudenſque contuliſſem, ſi penes me fuiſſet, habent nimirùm uſus ſuos hujuſmodi collationes, multique apud Græcos & Romanos in hoc eruditionis genere elaborarunt, ſæpius tamen inveniuntur, poſt multum otii & laboris in libris evolvendis conferendiſque impenſum, in retrahendis fugientibus literulis & pauciſſimis punctulis emendandis fruſtrà omninò atque inutilitèr deſudâſſe.

Quem præ manibus habes libellum ex editione *Adriani Turnebi* Pariſiis impreſſà evulgavi. Iſta vero ad codicem manuſcriptum Bibliothecæ Regiæ fuit emendata, quæ adeo eſt rara ut univerſa hac in urbe vix unum aut alterum exemplar poſſit inveniri, quarè horas me haùd meliùs collocaturum judicabam, quam ſi antiquum hunc ſcriptorem tantum non intermortuum luce redonarem, & ne quid, quod hunc librum utiliorem adhuc efficeret, deſideraretur, ei indicem duplicem

duplicem tum Græcum tum Latinum appoſui.

Ad calcem hujus opuſculi de uſu veſicantium commentariolum adjeci quem lectori nec inutile nec injucundum fore arbitrabar, præcipuè cùm Rufus, qui in diureticis multus eſt, ne ſemel quidem Cantharidum mentionem fecerit, quas tamen in renum & veſicæ obſtructionibus reſerandis plurimum poſſe oſtendi. Et ſane uti nulla eſt medicina ad morbos acutiores curandos valentior, ità nec alia medici diſquiſitione dignior; cum haud unquam adhibeatur, quin ægroti res vel in melius vel deterius vergant.

EDITORIS

DE

Uſu idoneo Veſicantium

In morbis curandis

COMMENTARIOLUS.

EDITORIS
DE
Uſu idoneo Veſicantium
In Morbis curandis
COMMENTARIOLUS.

QUanquam medici, recentiores præſertim, de hâc medendi ratione, quæ per veſicantia inſtituitur, abundè ſcripſerunt. Nemo tamen, ut opinor, tam plenè atque abſolutè huic argumento ſatisfecit, quin ex diligenti obſervatione & diuturniore uſu aliquid poſſit incrementi recipere. Haud tamen hæc ita intelligi vellem, quaſi ea omnia, quæ hîc à me tradita ſint, utpote nova

omninò & aliis intacta proponerem, cùm, ſi morbos & tempora, quibus hoc medicinæ genus maximè profuerit, modò deſignavero, rem tum medico tùm ægroto perutilem & pergratam facturum me confidam. Omnes omnium ſcriptorum in hâc re ſententias proferre, ut res multi foret otii, ita etiam opiniones tot incongruæ & à ſemetipſis ſæpius diſſidentes dijudicantis animum plurimùm diſtraherent.

Quantum uſus Cantharidum, ex quibus hodierna veſicantia ubique ferè componuntur, veteribus innotuit, Vir Doctiſſimus Johannes [a] Freind luculenter ſatis explicuit. Nequeo autem hîc ſilentio tranſire, quam graviter erratum ſit à Georgio [b] Baglivi, qui Oribaſij meminit, utpote primi ex Arabibus, qui de uſu veſicantium ſcripſit, quum eundem & Græcum fuiſſe, & Græcorum idiomate conſcripſiſſe, nemo non noverit.

Is profectò aliquid ſuggerit de eo veſicantium [c] genere, quæ dropaces & ſinapiſmi dicuntur, qui ex ſinapi, pipere, pyrethro & ejuſmodi acribus medicamentis conficiebantur, & ſemel quidem [d] Cantharidum mentionem facit, neutiquam verò, quod ſcio, de his loquitur tanquam de medicinâ, quâ ad veſicas in cute excitandas utebantur.

[e] Ætiùs quidem dropacis formam exhibuit, quæ tres Cantharidum drachmas recipit, unde dropax exulcerans vulgò audit, hujuſmodi verò pharma-

[a] Commentarius de veſicantibus. [b] De uſu & abuſu veſicantium. [c] Oribaſius lib. 1. cap. 30. & 31. [d] Lib. 2. cap. 48. [e] Tetr. 1. ſerm. 3. cap. 180.

ca inter antiquorum præſcripta rariſſimè occurrunt, neque ſanè mirandum, quando hoc remedii genus in iſtis tantummodo caſibus uſurpârunt, quibus ſanandis cerata hodiè plerumque adhibentur. Et ſi cui veterum ſcripta evolvere eſt animus, medicinam hanc tum morbi naturæ, tum ægroti temperamento pro re nata accommodatam reperiet. Mitto verò de his plura diſſerere, ne in re notâ & pervulgatâ nimius ſim.

Sub initio ſuperioris ſeculi diſputationibus ſuis contra veſicantium uſum acriter contendebat *Bernardinus* [a] *Caijus* ſuíſque magnoperè diſſuaſit, ne veſicantibus in morbis acutis uterentur, huic acutè ſatis reſpondit *Dominicus* [b] *Terillus*, qui & plurima adduxit argumenta, quibus hanc medicinam & tutam & utiliſſimam eſſe in iſtiuſmodi caſibus comprobârit. Et ſanè, ſi paulò diligentiùs examen inſtituerimus, hoc ſolum & ferè unicum remedii genus eſſe inveniemus, ſi venæſectionem excipias, ex quo in febribus malignis, continentibus, variolis & pleuritide aliquod magni expectandum ſit. Pergamus igitur & videamus paululùm quo demùm modo & quâ potiſſimùm tempeſtate hæc medicina ad morborum levamen & ægroti commodum maximè adhibeatur.

Nulla ferè febris eſt, quæ in principio aliquam ſaltem evacuationem haud deſiderat. Seu etenim lentè nimis, ſeu quàm par eſt velociùs ſanguis intra canales ſuos moveatur, (in utríſque enim caſibus

[a] Diſputatio de veſicantium uſu. [b] Antilogia de veſicantibus.

rectè

rectè parùm peragentur ſecretiones,) nihil eſt, quod ad ſublevandam naturam rectiùs agamus, quam ſi vaſis priùs venæſectione depletis, veſicantia cuti appoſuerimus. Quare nequaquam audiendi ſunt, qui illud divini ſenis *cocta non cruda medicari oportet* perperàm intelligentes, in initio febris hoc uti auxilio reformidant, cum nemo ferè ſit, in praxi licet mediocriter verſatus, qui vel in principio vel non omninò ægroto ſubveniendum eſſe ignorat; quarundam enim febrium effectus adeò præcipites ſunt, ut paucarum horarum interventu ſine his adminiculis æger ſæpiſſimè in ultimum vitæ diſcrimen adducatur. Quoties igitur febrilis ſanguinis commotio nimis exæſtuat, è venis ſanguine prius pro vi morbi & ægri viribus detracto, ablatâ omni cunctatione, ut veſicatoria Nuchæ & utríſque brachiis affigantur, in mundatis do, primâ licet decubitûs ſit die; quod & omni medico faciendum eſt, qui vel ægri incolumitati vel famæ ſuæ optimè conſuluerit. In omni enim febre indicationes veræ, ut optimè advertit *Sydenhamus* " *noſter*, in eo verſantur, ut ſanguinis commotio " intra modum naturæ propoſito congruentem, " ſiſtatur, ea nimirùm ratione, ut ne hinc plus " æquo gliſcat, unde periculoſa ſymptomata inſe- " qui ſolent, nec illinc nimium torpeat, quo pacto " vel materiæ morbificæ protenſio impediretur.

Si quando igitur in febris progreſſu adeò elangueſcant ſpiritus, vireſque deficiant, ut periculum ſit, ne morbo natura ſuccumbat, ad has denuò ſuppetias, tanquam ad ſacram anchoram confugere debemus, quæ, ſi in cæteris commodè tractatur ægrotus,

grotus, ſpem noſtram rariſſimè fallunt. Neutiquàm verò mihi arridet intempeſtiva illorum properatio, qui ſine ullâ deliberatione quinque aut ſex veſicantia uno eodémque tempore decumbenti admoverint, ſicuti enim in omnibus mediocritas ſervanda eſt, ita præcipuè in faciendâ medicinâ procedendum eſt, ut ne quid nimis. Rarius enim accidit, niſi in morbis ſoporoſis, in tantum elangueſcere ſpiritus & cruorem, ut uno eodémque momento tanto ſtimulo egeant.

Ne quid verò dicam de enormi illâ dyſuriâ, quæ ex tam prodigo Cantharidum uſu, ægro ſæpiſſimè infertur, evenit interdum, quòd his remediis perpaululùm cedat febris, & ægroti res, in deteriùs vergunt, unde fit, ut ad eadem denuò ſubſidia recurrendum ſit, &, ut plura apponantur veſicantia, opus ſit, quò melius ſpiritus labaſcentes erigamus, qui in morbi decurſu naturæ juvandæ aliter forent impares. Quoties igitur effuſè adeò in initio febrium hâc utimur medicinâ, iſtis naturam adminiculis privamus, quæ in ægrotationis progreſſu & magis prodeſſent & conſultiùs adhiberentur.

Eſt alia verò inſania & huic diverſa, quâ ii maximè tenentur, qui ne omninò quidem in febribus curandis hoc uti auxilio volunt, ne incipientes criſes prohibeant ; quæ ſententia, ut quotidianæ experientiæ, ita omni rationi maximè refragatur, hæ enim in principio & morbi incremento non comparent, ſed in ſtatu, in quo ingens eſt inter morbum & naturam dimicatio. Neque illud hic loci omittendum eſt, quod ii omnes, qui de

hâc

hâc re uberius tractârunt, judiciales haſce evacuationes, cujuſcunque demùm generis ſint, veſicantibus promoveri aſſerunt. Et reverâ rem ita ſe habere & ratio & uſus ſuadent, cùm nihil utríſque magis conſentaneum, quàm ut quodcunque humores in corpore attenuare poterit, id exitu faciliores reddat.

Neque ſanè ſatis intellectu aſſequi poſſum, quid ſibi velint, qui veſicantia reprehendunt, quippe quæ dolores concitent, & humores eliciant, & eâ ratione, ut exiſtimant, naturæ judicia interturbent intercipiantque, cum ſi hanc argumentandi viam penſiculatiùs modo trutinaverimus, & idem de cucurbitulis de ſcarificatione & hirudinibus cæteríſque evacuantibus dicendum eſſe deprehendemus, quas tamen nemo ferè medicorum unquàm hactenus improbaverit. De his verò plus ſatis.

Perpendamus jam paululùm, quoúſque hoc remedii genus febribus inflammatoriis, pleuritidi præcipuè & peripneumoniæ competat, hic autem certiſſimum eſt, quod in recto hujus uſu, & phlebotomiâ, totius curationis cardo vertitur; ut enim nihil ſanguinis inflammationem citiùs reprimit, quam repetita venæſectio, ita etiam nec quidquam magis impedit, quo minùs ulla in pleuram & pulmones defluat materia, quam veſicatoria, quæ duo in hoc morbo devincendo unicè ferè requiruntur. Et ſanè hic, ſi alicubi ad illud *principiis obſta* diligenter attendendum eſt, quando enim vaſa, quæ per pulmones, pleuram & muſculos intercoſtales ubique diſperguntur, pertinaciùs oppilantur, (quod ſæpiſſimè accidit, quoties ſub initio

initio morbi his uti auxiliis negliginus,) ſi quis venam ſecet, adeò non ægro ſubveniet, ut magis adhuc vires infringat; in hoc igitur rerum ſtatu, veſicatoriis & ſputum moventibus præcipuè confidendum eſt, quo tamen ultimo remedio rarò admodum indigemus, ſi inter initia ſanguis liberrimè detrahatur. At verò, cùm ſemel invaluerit obſtructio, cruor intra pulmonum vaſcula in pus convertitur, quod deinceps eorundem diruptione exſpuitur, niſi concretiones ſanguineæ cantharidum ſale citius diſſolvuntur quàm in abſceſſum venerint.

Mirandum ſanè eſt, quòd clariſſimus *Sydenhamus* veſicantium uſum in hujus morbi curatione omninò nunquàm attigerit, is verò rem totam venæſectioni committere videtur, de aliis nequaquàm ſollicitus; cùm tamen illa citra hujus opem parùm valere frequentiſſimè videamus.

Multi quidem authores, qui de pleuritide fuſius commentati ſunt, cùm de medendi ratione verba faciunt, omnem ferè medicinam ad ſputa elicienda dirigunt, ideòque oleoſa & medicamenta pectoralia copioſiſſimè ingerunt, quæ nullus dubito quin ſæpiſſimè decumbentibus noxam haud levem inferant, cùm ut [a] Vir Doctiſſimus optimè advertit, in ſimplici pleuritide ſæpenumeró nihil coeat, quod exſpui debeat; neque ſi debeat ſine peripneumoniæ interventu, ſurſum evocari poſſit.

Neque hæc medicina in morbis prædictis, quam

[a] Friend Comment. de excreatione purulentâ.

variolarum curatione minorem affert utilitatem, ut quotidiana optimorum medicorum praxis fidem facit, cùm enim in initio ita omninò parùm aut nulla ſit ſanguinis ebullitio, ut torpere magis, quàm vividè agitari videantur ſpiritus, & timendum eſt, ne ob exiguum hunc cruoris fervorem, ſeriùs aliquantulum & commodè minus quàm par eſt, eruperint variolæ; rebus ſic ſtantibus, non eſt unde naturam citius ſublevemus, quàm ſi inter ſcapulas & brachiis veſicantia admoverimus; e contra ſæpius accidit, quòd jam inclinato morbo, ex materiâ variolosâ, vel in pus nondum versâ, vel in ſanguinem reſorptâ vehemens recrudeſcat febris, quam varia derepentè inſequuntur phenomena, qualia ſunt linguæ ſiccitas & nigrities, ſpirandi difficultas, cutis ardor intolerabilis, ita ut ægro protinus moriendum ſit, niſi ſtatim valentiſſima adhibeantur remedia, inter quæ primum locum obtinent veſicantia & phlebotomia, quæ humores evacuando non modo fervidiſſimum ſanguinis æſtum commitigant, ſed etiam liberiorem ſpiritibus tranſitum præbent.

Eſt verò ubi, ſub primis hujus morbi diebus, neſcio an non præſtat cunctari pauliſper, quam præproperè nimis hoc uti auxilio, licet aliter ſymptomatum vis poſtulare videatur, evenit enim interdum, quod in initio variolarum, maſſa ſanguinea in tantum ita diſſolvatur, ut per urinæ vias & glandulas ſalivales prorumpat, quiſquis igitur in hoc temporis articulo veſicantia appoſuerit, is oleum igni affundit, dum cruorem ex immodico

morbi calore plus juſto attenuatum impenſius adhuc rarefacit, ideóque diem fatalem, quam differre voluit, accelerat. Fatendum verò, in hoc morbo tàm multiplicem rerum eſſe viciſſitudinem, ut experientiſſimos medicos ſæpenumero implicitos teneat, quâ in medendo viâ maximè inſiſtere debeant; adeò non impares ſunt huic provinciæ nutrices & mulierculæ, quarum curaturæ abſque aliâ ope Ampliſſimi Ordinis Viri pueros ſuos nonnunquàm committunt, ex falsâ ſcilicet opinione; medici vices à naturâ ſuppleri poſſe.

Nec minus in morbis acutis quàm diuturnis hæc prodeſt medicina, quantum ad dolores fixos amovendos valeat, nemini non notum eſt, in *Iſchiade* præſertim, nihil eſt quod ad humores, qui in denſitatem coeunt, partémque acriter divellunt ſolvendos plus conferat, quàm externa cantharidum applicatio, quibus, ſi per purgantia idonea & diluentia medicamenta eodem tempore opitulemur, vix ulla eſt, diutiſſima licet, hujuſmodi quærela, quæ hac medendi via haud tollatur. Nec fixos modò ſed etiam erraticos dolores extirpant veſicantia, hujus in arthritide pleráque habemus exempla, quoties ſcilicet, quæ ad extrema corporis defluere ſolebat, ad ſtomachum & cerebrum refluit materia, ubi ultimas excitat tragœdias, niſi citius à veſicantibus ægro ſubveniatur.

Tandem iis præ cæteris morbis veſicantia profuerint, qui vel à vaſorum repletione, ſeu à nervorum imbecillitate aut oppilatione ſuboriuntur,

cujuſmodi ſunt *Apoplexia Vertigo, Coma Epilepſia*, &c. ſi quando enim intra cerebrum adeò intumeſcunt humores, & diſtenduntur vaſa, ut non amplius fibræ ſeſe contrahere valeant, quid factu facilius eſt, quàm ut poſt aliquid temporis intervallum aut dirumpantur vaſa, aut periculoſæ fluidorum inſequantur concretiones.

In his igitur morbis multiplici licet evacuatione uti debeamus, ut venæſectione, purgatione & emeticis; eſt tamen in veſicantibus ſingulare aliquid, quod nec à ſanguinis miſſione, nec alvum moventibus, aut vomitione conſequi liceat, cum ſtimulant, contrahunt, totúmque corpus concutiunt, ideóque tam fluida, quam ſolida uno quaſi eodémque momento concitant & dimovent. Et hac potiſſimum fit ratione, quòd in *iſchuriâ renali & veſicali* diureticis nil proficientibus urinam ſæpius cieant veſicantia, hic autem ſubtiliſſimo medici acumine ad dignoſcendam morbi naturam eſt opus, cùm in iſtis ſolummodò caſibus hæc adhiberi debet medicina, in quibus propter imbecillitatem ſeu quandam partium ἀτονίαν renes ſtimulo egent, quo melius ſuo fungantur munere; ſeu quando viſcidius eſt ſerum, quam ut facile per cribra renalia tranſcolari poſſit. Ne cui verò mirum videatur, ad urinæ difficultatem hic commendari Cantharidas, quas tamen in febribus *iſchuriam* inferre ſæpenumero videmus, cum in acutis decem vel plura veſicatoria pro vi morbi ſolenne eſt apponere, quiſquis autem ad urinas

urinas eliciendas admovet, haud plura quam tria vel quatuor ad ſummum adhibere debet, ſi curandi ſcopum velit attingere. Nec cuipiam medicamentorum vim & operationes probè callenti difficile eſt concipere, quo modo una eadémque medicina meatus urinarios & reſeret & occludat, prout manu parciore vel copioſiore adhibeatur. Cum ſi Cantharidum doſis etiam in emplaſtris, ultra quam ad urinas ciendas par eſt, adaugeatur, fatalem renum & veſicæ muſculorum contractionem facilimè inducat. Illorum autem ſtultitiam, neſcio, an incuriam magis demirer, qui cum in urinæ ſuppreſſionem incidunt, ope nec medicâ nec chirurgicâ, niſi ſerò nimis uti velint, ſcilicet cum muſculorum vis in tantum ita diſperditur, ut licet cathetere in veſicam immiſſo eliciantur urinæ, haud tamen priſtinum ſtatum poſſint recuperare.

In cutaneis quidem affectibus ſanandis utrum proficiant Cantharides cuti appoſitæ, necne, nondum expertus ſum, quas tamen in hujuſmodi caſibus adhiberi à veteribus conſtat, cum in Alopechiâ ab *Archigine* commendat [a] *Ætius*, qui idem & ad lepram curandam cum aliis medicamentis erodentibus commiſcet.

Hæc habui, Amice Lector, quæ ſuper veſicantibus tecum communicare volui. Tuum eſt rationum momenta ita perpendere, ut quâ demùm

[a] Tetr. 2 ſerm. 2 cap. 55 Tetr. 1 ſerm. 2 cap. 174.

tempeſtate ægroti rebus maximè proſint, planè dignoſcas. Id ſaltem mihi polliceri videor, ex diligenti medicorum obſervatione quamplurimis in morbis certiorem adhuc nos medendi rationem aſſecuturos. Si quid ego ad hanc rem, quantulumcunque ſit, contuli, operam ſatis ſupérque compunſatam exiſtimabo.

FINIS.

ΡΟΥΦΟΥ ΕΦΕΣΙΟΥ

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ

ΚΥΣΤΕΙ ΚΑΙ ΝΕΦΡΟΙΣ ΠΑΘΩΝ.

ΟΣΑ περὶ τὰς νεφρὰς καὶ τὴν κύστιν νοσήματα γίνεται, καθ' ἕκαστον γράψω, καὶ ὡς γινώσκειν αὐτὰ χρὴ, καὶ ὡς θεραπεύειν· τὸ μὲν δὴ σύμπαν ἐν νεφροῖς ἀ πάνυ ὀξεῖαι νόσοι γίνονται, θανατώδεις γε μὴν οὐχ ἧσσον ἢ ἑτέρωθι. Καὶ γὰρ ἕλκη, καὶ ἐμπυήματα αὐτοῖς συσάντα πολλοὺς ἐν τῷ χρόνῳ ἀπέκτειναν· ἐπεὶ καὶ φλεγμήναντες οἱ νεφροὶ ὀδυνῶσι μέντι καὶ μειζόνως, οὐ μὴν οὐδὲ αὐτὴ ἡ νόσος συνταχύνει· αἱ δὲ καὶ κύστιν φλεγμοναὶ ὀξύτερον. καὶ γὰρ ἧρον ἀναπληφθῆναι τούτοις ἑτοιμότερον, καὶ πυρέξαι καὶ παραφρονῆσαι καὶ ἐμέσαι πολλά τε καὶ ἄκρατα. ὀξύτεραι δὲ καὶ αἱ ἄλλαι κατὰ κύστιν νόσοι· καὶ γὰρ ἀπαιρότερον τὸ χωρίον καὶ οὐθὺς ἀπὸ παίδων νοσεῖν εἰθισμένον, ἐν ᾧ δὴ μάλιστα αἱ ὀξεῖαι νόσοι γίνονται· τὸ δὲ κατὰ νεφροὺς γέ-

ρουσι

RUFFI EPHESII
DE
VESICÆ RENUMQUE AFFECTIBUS.

CAPUT I.

Singulatim perſcribam morbos omnes, qui veſicæ & renibus innaſcuntur: eoſque ut præſcire & medicare conveniat. Ac in renibus quidem haud temerè unquam peracuti morbi obveniunt, tam exitiabiles tamen ibi quam qui maximè. Siquidem ulcera inibi coalita & ſuppurata proceſſu temporis exitio compluribus extiterunt. Nam licet renes, quum inflammatione tentantur, peradmodùm doleant, non tamen morbus acceleratur. Veſicæ verò inflammationes acutiores ſunt. His enim laborantibus promptius contingit urinas intercipi, febricitare, delirare, & multa itidem evomere mera & impermixta. Acutiores etiam ſunt reliqui veſicæ morbi: Aptior enim eſt hic locus, ſtatimque ab infantiâ affici ſolitus, morbis acutioribus præſertim. Re-

num verò doloribus citiùs & graviùs vexantur ſenes quam juvenes. Communiter autem omnia renum ac veſicæ vitia tractatu moroſa ſunt; præſertim ſi ulcus inſuper acceſſerit. Lotium enim continenter influens unà extimulat, & ad cicatricem perduci non patitur. Quæ hujuſmodi quum ſint, & prædiſcere & curare oportet.

CAPUT II.

Signa renum inflammatione laborantium.

INflammationis renum notæ ſunt, dolor infra lumbos, ut incedendi aut erigendi ſui ægrotis poteſtas negata ſit, & ſi ſternuere aut quocunque modo moveri iis contigerit, continuò lamentantur, & reclinari in ventrem non ſufferunt. Reſupini vero dolore nonnihil relevari videntur. Renes enim lumbis adjacent. Porro cuivis hunc in modum affecto tolerabiliùs eſt placidè jacere atque acquieſcere. Nam corpus inclinando dolor ingraveſcit, cruciatuſque, cùm cæteras partes permeant, tùm hepar ſupernum afficiunt, renes namque magnæ venæ communione illi malum ſuum communicant, præſertim ſi horum dexter inflammatione tentetur: eſt enim hic ipſe jecori propinquior, & ejus particulam & ſegmentum attingit: ſiniſter verò paulò remotior & demiſſior exiſtit. Alii verò dolores veſicam uſque & genitalia protenduntur, & ii quidem continui, ſed diſſipati, lumbos, crura & ilia exagitant. Ægrotantibus interim extrema frigent, tibiæ, & pedes præcipuè: meiunt aſſiduè & difficulter, principio tenuia & aquoſa, invaleſcente verò phlegmone

ρουσι μᾶλλον ἢ νέοις συμβαίνει. Διὰ τόδε καὶ μαλακώτεροι ἐκείνων εἰσί. πάντα γὰρ, καὶ τὰ τῶν νεφρῶν, καὶ τὰ τῆς κύστεως οὐκ εὐμεταχείριστα, καὶ μάλιστα ὅσα ἕλκη ἐν αὐτοῖς γίνεται. ἅπτεσθαι γὰρ σωματικῶς τὸ οὖρον δάκνει τε ἅμα, καὶ εἰς ὠτειλὰς ἰέναι κωλύει. ὡς δὴ τοιαῦτα ὄντα προαγορεύειν χρὴ καὶ ἰᾶσθαι.

ΣΗΜΕΙΑ ΝΕΦΡΩΝ ΦΛΕΓΜΟΝΗΣ.

Καὶ δὴ ἔνθα σημεῖα νεφρῶν φλεγμονῆς, ὀδυνή ἔχει ὑπὸ τὰς κενεῶνας, καὶ οὔτε ὀρθοῦσθαι δύανται, οὔτε βαδίζειν· καὶ λύει τε παρμὸς, ἤν τε ἄλλος τὶς σεισμὸς πέσῃ, ἀνοιμώζουσι, καὶ ἅπτεσθαι μὲν κλινόμενοι οὐκ ἀνέχονται· ὕπτιοι δὲ ἀνέχονται μένειν· κεῖνται γὰρ πρὸς τοῖς κενεῶσιν οἱ νεφροὶ. παντὶ δὲ τοιούτῳ ἀλγουμένῳ διαφορώτερον κειμένῳ ἀτρεμίζειν. ὧδε μὲν τὰς κλίσεις τοιαῦτα πάσχουσι· τὰ δ' ἄλλα διήκουσιν οἱ πόνοι, ἄνω μὲν μέχρι ἥπατος. καὶ γὰρ μεγάλῳ φλέβα κοινωνοῦσιν αὐτῷ, καὶ μᾶλλον εἰ ὁ δεξιὸς φλεγμαίνει. καὶ γάρ τι, καὶ ἐγγυτέρω ἔστὸς ἐστὶ τοῦ ἥπατος, καὶ ψαύει τοῦ λοβοῦ· ὁ δὲ ἀριστερὸς προσωτέρω καὶ κάτω. ἄλλοι δὲ πόνοι μέχρι κύστεως καὶ αἰδοίου κατέρχονται, καὶ οὗτοι συνεχεῖς, ἀλλὰ διεσπασμένοι μάλιστα εἰς ὀσφῦν τε καὶ ἰσχία καὶ ἤτρον ἐγείουσι· ψύχεται δὲ αὐτοῖς ἄκρα, μᾶλλον δὲ κνῆμαι καὶ πόδες· καὶ οὐροῦσι συνεχῶς καὶ ἀπεπόνως· καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν λεπτὰ καὶ ὑδατώδη· προϊόσης δὲ τῆς φλεγ-

μονῆς,

μονῆς, ἐρυθρότερα. ὅταν δέ γε εἰς τόδε ἀφίκωνται, λεπτύνονται μὲν ἰχία καὶ γλουτοί· ἀκρατέστερα δὲ τὰ σκέλη γίνεται· τοῖς ὴ καὶ ἐξεπύησαν οἱ νεφροὶ, καὶ τά γε πολλὰ τούτων ὕτω τελευτᾶ. ἀλλὰ περὶ μὲν τῶν ἐμπυημάτων αὐτίκα εἰρήσεται.

ΘΕΡΑΠΕΙΑ ΦΛΕΓΜΟΝΗΣ.

Τας δὲ φλεγμονὰς θεραπεύειν ὧδε· κατακλίνειν μὲν ὡς μαλακώτατα, καὶ σίτου τῷ πρώτῳ ἀπέχειν· οὐ μὴν εἰς ἅπαν αἱ λιμαιχίαι τούτοις συμφέρουσιν, ἥπερ ταῖς ἄλλαις φλεγμοναῖς, ἀλλά τι καὶ προσαρτέον, φυλάσσοντα τὰς πυρετὰς ὅπη τὲ χαλῶσι, καὶ ὅπη ἐπιτείνουσιν. οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς τοσοῦτον ἀγαθὸν αἱ ἀποσιτίαι, ὅσον κακὸν αἱ ἀπὸ τῶν οὔρων ἀκρατῶν γενομένων δήξεις. διαιτᾶν ὴ κατ' ἀρχὰς μὲν λεπτοῖς ῥοφήμασι καὶ ποτῷ ὕδατι· μελίκρατον δὲ μὴ προσφέρειν, ἐὰν μήσοι δοκῇ ἐπ' οὔρησιν ἤδη προτρέπειν· ὃ ἐγὼ κατ' ἀρχὰς οὐκ ἐπαινῶ πρὶν σαφῶς τὰς ὀδύνας πέπεσθαι· τότε δὴ καὶ πάνυ φημὶ δεῖν τοῖς οὐρητικοῖς καθαίρειν.

ΠΕΡΙ ΚΛΥΣΤΗΡΟΣ.

Ει δὲ καὶ ἡ γαστὴρ κενωθῆναι δέοιτο, ἄλλῳ μὲν κένωσιν μηδεμίαν μηχανᾶσθαι, ὁποῖαι αἱ ἀπὸ φαρμάκων

mone rubicundiora. Et quum eo ſtatus progreſſum eſt, femora & clunes extenuantur, atque gracileſcunt, tibiæ debilitantur, & quibuſdam ſuppurantur renes. Nam bonâ ex parte ita finiuntur, ſed de ſuppuratis paulò poſt tractabitur.

Caput III.

Curatio Phlegmones.

Inflammationibus ita medendum. Ægroti in lecto componendi ſunt quàm molliſſimè, & primum diem à cibo cohibendi. Non tamen ſicut in aliis inflammationibus conducunt extremæ inediæ; ſed aliquid aſſumendum potiùs, obſervando, quum ſe febres intenderint, & quando relaxârint. Nec tantum illis proſunt jejunia, quantum noceat acrimonia intemperati lotii. Primis autem diebus ſuſtentandi ſunt ſorbitionibus dilutis, & aquæ potu. Mulſo verò eos abſtinere oportet, niſi jam tum urinas ciere conſultum ſit; quod initio fieri mihi non probatur, antea quam liquido conſtiterit dolores eſſe ſopitos: quo tempore equidem per urinas purgare operæ pretium fore judicarim.

Caput IV.

De Clyſtere.

Quod ſi alvus vacuanda ſit, nihil tale moliri oportet quale illud vacuandi genus, quod medica-

medicamentis inventum atque excogitatum. Eluenda tantum eſt injecta aqua calida, aut malvæ aut lini, aut ſiliciæ decocto, cui olei admixtum ſit quantum uſus exigit. Nec verò ita magna copia immittenda eſt, ne inteſtina completa renes comprimant: ſubductâ alvo, ſi necdum concedat dolor, lanam oleo calido delibutam circumpones, atque illic reſidere patiêre. Nec abs re fuerit rutam, hibiſcum, anethum, & artemiſiam oleo incoquere.

CAPUT V.

De Venæ Sectione.

ACrius ægrotantibus vena ſecundum cubitum ſecanda eſt, & ſi quid inflammationis reliquum ſit, emplaſtra illinenda ſunt, primùm ex farinâ mulſo incocta, aut telino. Poſtea admiſcere conveniet chamæpytis, polii, abrotani, vitis nigræ, rutæ, abſinthii, centauriæ, artimeſiæ & triſſaginis folia; ad hæc aſari & junci odorati. Tùm non amplius emplaſtra mulſo incoquere, ſed muſto aut vino melitite: adjicere etiam cum ſuperiorum aliquo farinæ duplum: paulò plus etiam, ſi quis efficacius cupiat, admixta cera ſicca & contuſa. Benefacit præterea hoc Chryſippi emplaſtrum, quod ita conficitur: Galbani, reſinæ terebinthi, polii, farinæ ervi, ſingulorum pondo drachmæ quinquaginta: iridis ſiccæ ſiciliqui duo: cerati ſuaviter olentis hemina: farinæ tritici ſextarii dimidium. Hæc muſto decocta illinito, nephriticis quidem po-

ἐξδύρλωται· κλύσματι δὲ θερμὸν ἐνιέναι, ἢ μαλάχλω ἐν ὕδατι ἑψήσας, ἢ λίνου σπέρμα, ἢ βυκέρας· τούτων τινὶ ὑποκλύζειν μεῖ' ἐλαίου, καὶ τούτῳ τὸ ἱκανὸν προσμίσγων. πλῆθος δὲ ἐνιέναι μὴ πολὺ, ὡς μὴ πιέζῃ τοὺς νεφροὺς τὰ πληρώματα τὰ ἐντέρα· ὑπελθούσης δ' τῆς γαστρὸς, ἐὰν μὲν ἐνδιδοίη ὁ πόνος, ἔρλον ποιεῖσθαι ἐν κύκλῳ ἀναπαύειν ἐπιτέγγων ἐλαίῳ θερμῷ· οὐκ ἀπὸ τρόπου δ' συνεψεῖσθαι τῷ ἐλαίῳ τῶν τε πηγάνου καὶ τῆς ἀλθαίας καὶ τοῦ ἀνήθου, καὶ τῆς ἀρτεμισίας.

ΠΕΡΙ ΦΛΕΒΟΤΟΜΙΑΣ.

Ὀξύτερον δὲ πονσύντων. φλέβα κατ' ἀγνῶνα τέμνειν. εἰ δὲ καὶ ὡς τι ὑπολείποι τῆς φλεγμωνῆς. ἐπιπλάσματα καταπλάσσειν, τὰ μὲν πρῶτα ἀλθύρῳ ἐν μελικράτῳ ἐφθῷ ἢ τηλίνῳ· ἔπειτα δ' καὶ τῆς χαμαιπίτυος μίσγειν καὶ τοῦ πολίου, καὶ ἀβροτόνου δὲ μίσγειν καὶ τῆς βρυωνίας, καὶ τοῦ πηγάνου καὶ ἀψινθίου καὶ κενταυρίου, καὶ ἀρτεμισίας καὶ τῆς χαμαίδρυος τῶν φύλλων, καὶ τοῦ ἀσάρου, καὶ τῆς χίνου τοῦ ἄνθους· καὶ τότε μηκέτι ἐν τῷ μελικράτῳ καταπλάσματα ἑψεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐν γλυκεῖ ἢ οἴνῳ μελιχρῷ· μίσγειν δ' καὶ τοῦ ἀλθύρου, τοῦδε μὲν μέρη τέσσαρα, τῶν δέ τινος εἰρημένων φαρμάκων μέρη δύο· ἰσχυροτέρῳ δ' βουλόμενος χρῆσθαι, καὶ πλέον τι καὶ κηροῦ ξηρᾶς προσμίσγειν κεκομμένης. ἀγαθὸν δ' καὶ τὸ τοῦ Χρυσίππου κατάπλασμα· ἔστι δὲ τόδε, χαλβάνης καὶ ῥητίνης τερεβινθίνης, καὶ πολίου, καὶ ὀροβίνου ἀλθύρου, ὁλκαὶ ἑκάστου πεντήκοντα, ἴρεος ξηρᾶς δράχμαι τέσσαρες, κηρωτῆς δ' ὠοῦ κοτύλη μία, ἀλθύρου πυρίνου χοίνικος ἀττικῆς τέταρτον· ταῦτα ἑψῶν ἐν γλυκεῖ

καταπλάσειν, τοὺς μὲν νεφριτικοὺς ἐξόπιθεν, τοὺς δὲ κατὰ κύστιν πονοῦντας ἔμπροσθεν. εἰ δὲ μὴ καταπλασσομένῳ περαύνοιτο ἡ ὀδύνη, πυελᾶν σικύας προσβάλλων τῇ τε ἄλλῃ ὀσφύϊ καὶ ὑπὸ τοὺς νεφροὺς ἀποχάζειν τε καὶ ἀφέλκειν τοῦ αἵματος. ἔπειτα ἀπόγγοις πυελᾶν, καὶ εἰς θερμὸν ἐγκαθίζειν, σεσηψημένων τε τῷ ὕδατι τῆς τε μήκωνος, καὶ τῆς ἀνθέμιδος καὶ τοῦ καλάμου, καὶ τῆς χίνου· πρότερον δὲ καὶ κύσιας πληροῦντα ἐλαίου καὶ ὕδατος, ὑποκλίνειν, καὶ τἆλλα λιπαρῶς πυελᾶν· ἐπὶ δὲ τούτοις κηρωτὰς καὶ μαλάγματα ἐπιτιθέναι, τὰς μὲν κηρωτὰς διὰ κυδωνείου ἐλαίου, ῥοδίνου, καὶ ἰσίνου μύρου, τὰ δὲ μαλάγματα ἔσχατα τὰ διαβεβρεγμένα.

ΠΡΟΣ ΠΕΡΙΩΔΥΝΙΑΣ ΒΟΗΘΗΜΑΤΑ.

ΕΝ δὲ ταῖς ὀδυναις, πίνειν φάρμακα τοιάδε· μαράθρου σπέρματος κύαθους εἴκοσι, καὶ ὀποῦ μήκωνος ἢ πάνακος τῆς ἡρακλείας τριώβολον τῆς ῥίζης, καὶ μελιλώτου βραχύ, καὶ κεδρείας ἢ καὶ κωδείας πεφωγμένης ἡμιώβολον, καὶ σύραγκος ἡμιώβολον, καὶ σελίνου ὅσον τοῖς τρισὶ δακτύλοις, καὶ ὀποῦ μήκωνος ὅσον ὄροβον· τούτων ἕκαστα τρίβων ὡς λειότατα, καὶ κεραννύων ἐν γλυκεῖ ὕδατι διδόναι πίνειν. αὐτίκα γὰρ ὠφελήσει εἰ ὀξυώπει, καὶ ὕπνος ἕξει τὸν ἄν-

nè, ante verò veſicâ laborantibus. Tum ſi nec emplaſtris cruciatus lenietur, admovendæ ſunt cucurbitulæ tum lumbis, tum partibus infra ilia, & ſcarificatione ſanguis detrahendus. Poſtea adhibenda ſunt fomenta ex ſpongiis, faciendumque, uti æger ſupra aquam calidam deſideat, in quâ papaver, anthemida, arundinem juncumque coxeris. Cæterum priùs impletis oleo & aquâ veſicis, reclinandus erit, fovenduſque molliter & delicatè. Poſtremò his locis ſuperponere proficiet tum cerata ex oleo Cyprino, roſaceo, & irino unguento, tum malagmata odoris ſuavitate quam jucundiſſima.

Caput VI.

Contra vehementes cruciatus remedia.

QUum dolores infeſtant, hæc medicamenta ebibenda ſunt; ſeminis fœniculi grana vicena, opii, aut panacis Herculei radicis ſeſquiſcrupulum, ſertulæ campanæ momentum, cedriæ & ſcapi papaveris exuſtulati ſemiobolum, ſtyracis tantundem, apii quantum tribus digitis comprehendi poteſt, meconii, quanta eſt ervi magnitudo : horum unumquodque ſubtiliſſimè tritum, ex aquâ dulci potandum exhibeto. Actutùm enim juvabit, quantumvis dolor ſæviat, &

mollis ſomnus obrepet. Poſtea quum tempeſtivum eſſe videbitur, diuretica adhibenda ſunt.

CAPUT VII.

Diuretica Nephriticis.

HÆc ſint, quæ urinas ducant; apii radix, chamæpitys, caſia, meium, cinamomum, polium, petroſilinum, & gramen: hæc in aquâ coquenda ſunt, & cum vino aut mulſo propinanda. Prodeſt etiam echinorum marinorum eſus. Inter olera fœniculus, apium, daucus, raphanus diſcoctus, cucurbita cocta, & agreſtia omnia utiliter aſſumuntur. Bellè enim excitant meiendi voluntatem: & cumprimis paſtinaca, crithmum, ſcandix. Ac talibus expectandum urinas opioſas, & craſſas fore, ſedimentumque laudabile habituras, quod maximè indicat morbum: quæ verò aqueæ, puræ & perſpicuæ redduntur, judicandi ſui majorem adferunt difficultatem.

CAPUT VIII.

Suppurationum & Inflammationum Sanatio.

INflammationes hoc modo bene quis curarit. Porro quibus ſuppurati ſunt renes, jam ilia intumuere

ἄνθρωπον. ὅταν ᾖ καιρὸς φανῇ, τότε καὶ τοῖς οὐρητικοῖς καθαίρειν.

ΟΥΡΗΤΙΚΟΝ.

ΤΑ δὲ οὐρητικὰ ἔσω τάδε, ἀκόρου τὲ ῥίζα, καὶ χαμαιπίτυς, καὶ κασία, καὶ μεῖον, ἢ κινάμωμον, καὶ πόλιον, καὶ πετροσέλινον, καὶ ἄγρωστις· ταῦτα μὲν ἕψειν ἐν ὕδατι, καὶ μὴ οἴνῳ ἢ μελικράτου πίνειν· ἐσθίειν ᾗ τῶν τε θαλασσίων ἐχίνων, καὶ λαχάνων τῷ μαράθρου, καὶ τῷ σελίνου, καὶ τῷ δαύκου καὶ τῆς ῥαφανίδος ὅτι κάλλιστα ἐψημένης, καὶ σικύῳ ἐφθῷ, καὶ τὰ ἄγελα πάντα· ἐπ' οὔρησιν γὰρ καλῶς προτρέπει· μάλιστα ᾗ οἱ σαφιλίνοι, καὶ τὰ κρῆθμα, καὶ οἱ σκάνδικες· καὶ οὖρα δεῖ προσδέχεσθαι τοῖς τοιούτοις πολλά τε καὶ παχέα, καὶ ὑποσάσεις καλὰς ἔχοντα· καὶ μάλιστα τοῦτο κρίνει τὴν νόσον· αἱ δὲ ὑδατώδεις, καὶ καθαραὶ, καὶ ἀφανεῖς οὐρήσεις, δυσκριτώτεραι.

ΕΜΠΥΗΜΑΤΩΝ ΚΑΙ ΦΛΕΓΜΟΝΩΝ ΘΕΡΑΠΕΙΑ.

ΤΑς μὲν οὖν φλεγμονὰς ᾧ δ' ἄν τις θεραπεύοι κάλλιστα· ὅσοις δὲ ἔμπυοι οἱ νεφροὶ γίγνονται, ἤδη μέντοι

μέντι καὶ ἐξογκεῖ πρὸς τὰς κενεῶνας, ἀτὰρ καὶ καῦμα ἰσχυρὸν ἔνεστιν ἐν τοῖς νεφροῖς, καὶ οὐροῦσι πυρρὰ καὶ ἄκρατα, καὶ αἱ ἐδυάι οὐκέτι μὲν ὀξεῖαί εἰσιν ὡς πρόσθεν, βαρύτεραι δὲ καὶ ζφύζουσαι, οἱ πυρετοὶ οὐ καθεσῶτες, ἀλλὰ πεπλανημένοι γίγνονται, καὶ ῥιγώδεις· τούτοις ῥήγνυνται τὰ μὲν πολλὰ ἐπὶ κύστιν· καὶ ἔστιν αὕτη τῶν ῥήξεων ἡ κρατίστη· ποτὲ μὴν καὶ ἐπὶ ἕντερον ῥήγνυνται, ταύτῃ κορυφώσαντος τοῦ ἐμπυήματος καὶ ζαπέντος. Περιαγόρας δὲ ἔφη τινὶ καὶ τὸ ὕδρον διὰ τῆς ἕδρας ἰδεῖν ἐκκρινόμενον, καὶ βιῶναι μὲν τοῦτον ἔτη δώδεκα· ὁ μέν τοι εἰδέναι εἰ καὶ μεταξὺ ἐβίω· προαπελθεῖν γὰρ, καὶ οὐδὲν ἔτι πυθέσθαι ὕστερον. ἄλλοις δὲ ἐπὶ τὰ ἔξω ῥήγνυται παρεξιὸν τὸν κενεῶνα, ὃν πληροῦσθαι ἀνάγκη πύου τε καὶ οὔρου, καὶ αὐτοῦ μένειν. χρόνῳ δὲ βιασάμενα εἰς τὴν ἕδρην ἥκειν, καὶ ταύτῃ ἰέναι ἔξω· τοῖς δέ τισιν οὐδὲ ῥήγνυσθαι ἐθέλει ἐκ τῶν νεφρῶν, ἀλλ' αὐτοῦ μένειν χρόνον πολὺν ἕως τ' ἂν ἡ διαφύσῃ, ἢ ἄλλον τρόπον ἀποσομώσῃ· ἑλκώματα δὲ ἐπὶ κύστιν, τὰ μὲν πρῶτα μυξοποιά τε καὶ αἱματώδη οὐροῦσιν, ὥσπερ ἐκ τινὸς καὶ ἑτέρου τομῆς ἐμπυήματος· ἔπειτα καὶ λόγον τῶν ἑλκῶν. εἰ μὲν τὰ ἕλκη πονηρεύοιτο, οἷα καὶ ἐπὶ τοῖς ἄλλοις ἕλκεσι σηπομένοις πολλάτε καὶ δύσοσμα, καὶ πελιὰ, καὶ μυξώδη· καί τινα καὶ ζαρκία διαμήκη ὁποῖα ἴνες ἀπέρχονται· εἰ δὲ χρησὰ εἴη τὰ ἕλκη, καὶ τὸ πύον λευκὸν καὶ ὁμαλὸν, καὶ ἄνοσμον καὶ ὀλίγον ἀπέρχεται. ἰὼ δέ σοι δοκῇ ὁ νεφρὸς εἰς πύον τρέπεσθαι, δόξῃ δὲ τοῖς εἰρημένοις σημείοις, συμπεπαίνειν τε ὡς τάχιστα, καὶ ῥῆξίν τινα οὕτω μηχανᾶσθαι· τὰ γὰρ πολλὰ

tumuere, & renibus ipſis vehemens ineſt ardor, fulva & pura meiunt, nec jam tam acres ſunt cruciatus quàm antea, cæteroquin graviores & pulſantes: febres non ſtatæ, ſed erraticæ atque horridæ. Illis ſuppurata, ut plurimum in veſicam erumpunt, quæ ruptura rum eſt potentiſſima. Aliquando in inteſtinum abſceſſus rumpitur, ibi ſe allevante purulentâ materiâ, & putreſcente. Praxagoras referebat viſum ſibi quendam, qui per ſedem urinam excreviſſet, ſupervixiſſetque annis duodecim: anne etiam pluribus, (quod tunc temporis ipſe diſceſſiſſet, nec de eo quicquam audiſſet poſtea) ignorare. Sunt alii, quibus abſceſſus collectio extrorſum abrumpitur, & iliorum cavernas pervadit, quas pure & lotio compleri neceſſum eſt, ibique illuviem adhæreſcere. Deinde progreſſu temporis in anum extrudi atque illac foras tendere. Nonnullis verò extra renes frangi cunctatur, & illic ad multum tempus remanet, uſque quo exuratur, aut quocunque modo ſe diſcindat. Quibus autem in veſicam effunditur, illi principio mucoſa, & cruenta meiunt, inſtar apoſtematis exciſi: deinde pro ulcerum ratione. Nam ſi malignè exaſperentur, ut in aliis ulceribus putreſcentibus uſu venit, multa redduntur fœtida, livida & mucoſa, atque etiam quædam carunculæ oblongæ ſimileſque membranis abſiſtunt: ſin ulcera maligna non extiterint, pus album & æquabile, ſine graveolentiâ & copiâ paucum excernitur. Jam verò ſi ren ad ſuppurationem inclinare videbitur, (videbitur autem prædictis ſignis) maturandum eſt quoad ejus fieri poteſt, & ita viam quandam moliri atque com-

miniſci ad puris exitum, quod ſæpiùs in veſicam divertitur. Proinde ſpongiis identidem fovere oportebit, & locum farinâ hordeaceâ cum ficuum decocto oblinere : verum ficus eaſdem in mulſo aut vino decoquere conſimiliter oportebit. Bonum erit etiam ficus ipſas tenuando & diducendo admiſcere, & comam tuſam abſinthii, quin & Chamelææ, iridis, brioniæque radicem excretam. Hæc ſiquidem tum mitificant, tum urinas proliciunt. Expedit autem meiendi facultatem provocare. Ideò ægroti erunt invitandi, ut aliquid horum bibant, quæ urinas cient. Ad quem uſum accommodatiſſimum erit amerinæ ſemen ex vino aut mulſo potum. Conferet quoque ferulæ radix, & anchuſa, & arum, ſive unumquodque per ſe datum, ſive cum uno horum aut altero permixtum.

CAPUT IX.

Diuretica, quæ abſceſſus frangunt.

PRodeſt etiam illud, origani & dauci ſextarium, pſeudodictamni eandem menſuram in vinum album odorumque conjicito atque recondito. Quum vero neceſſe habebis, ſumes cyathos quatuor, & affuſo aquæ dimidio, permixtâque drachmâ ex foliculis rutæ ſubtiliſſimi pulveris, propinabis. Hoc pus educet & urinas copioſè. Si tamen omnia tentanti labor fruſtra ceſſerit, necdum ruptum ſit empyema, clyſteriis acribus ventrem eluere

πολλὰ ἐπὶ κύστιν τρέπεται· πυελᾶν τε ζωεχῶς τοῖς ασθένεσι, καὶ καταπλάσειν ἀλεύρῳ κριθίνῳ μετὰ σύκων ἀφεψήματος· τὰ δὲ σύκα ἐν μελικράτῳ ἢ οἴνῳ ἔψειν· ἀγαθὸν καὶ αὐτῶν τῶν σύκων μίσγειν λεαίνοντα, καὶ ἀψινθίου ἢ κόμμι κόψαντα ἐμβάλλειν, καὶ χαμελαίας, καὶ ἴριν σεσησμένῳ καὶ βρυωνίας τῷ ῥίζαν. ταῦτα ἢ ἅμα μὲν συμπέσσει, ἅμα δὲ ἐπ' οὔρησιν ἄγει. δεῖ ἢ καὶ τῷ οὔρησιν ἐρεθίζειν· ὥστε καὶ ἐπιπίνειν τῶν οὐρητικῶν κελεύειν συμφέρει· ἐπιτηδειότατον ἢ τὸ τῆς ἄγνου σπέρμα ἐν οἴνῳ ἢ μελικράτῳ πινόμενον· καὶ ἡ τοῦ νάρθηκος ῥίζα καὶ ἄιχουσα καὶ τὸ ἄρον, καὶ ἕν τι ἕκαστον, καὶ εἰ δύο καὶ τρία συμμίξαις.

ΟΥΡΗΤΙΚΑ ΡΗΓΝΥΝΤΑ τὰς ΑΠΟΣΤΑΣΕΙΣ.

Ἀγαθὸν δὲ καὶ τόδε· ὀρεγάνου καὶ δαύκου ὅσον χοίνικα, καὶ ψευδοδικτάμνου ὅσον χοίνικα ἐμβάλλων εἰς οἶνον εὐώδη λευκὸν ἀποτίθεσθαι· ὅταν ἢ χρήζῃς, λαβὼν κυάθους τέσσαρας, καὶ κεράσας σὺν ὕδατος δύο, καὶ ἔτι πηγάνου φύλλων ὡς λειοτάτων μίξας, δραχμὴν μίαν διδόναι πίνειν. τοῦτο ἄξει πύον καὶ οὖρα πολλά. εἰδέ σοι τάδε ποιοῦντι μηδὲν μᾶλλον ῥηγνύοιτο τὸ ἐμπύημα, καὶ ἀποκλύζειν κλυσμοῖς

μοῖς δερμέσιν. οἱ δὲ κλυσμοί εἰσιν ἐλλεβόρῳ τὲ ἀπόβρεγμα τῦ μέλανος, ϗ ῥαφανίδος ϗ σκορόδων ϗ σικυωνίας· βρέχειν ὑ ἐν ἅλμῃ ϗ ἐν θαλάσῃ ἢ ἐν ὄξει· ϗ μικρὸν ἐλαίου μίξαντα τῦ ὀλιθηρὸν εἶναι, τούτοις κλύζειν· κελεύω δὲ ὅτι πλεῖσον χρόνον κατέχειν· πολλάκις γὰρ ῥηγνύει τὸ ἐμπύημα, ϗ δὴ ἔῤῥωται· χρὴ μέντοι ἔτι ϗ τοῖς ἀπόγλοις πυελᾶν ϗ τοῖς καταπλάσμασιν, ὡς πᾶσά τε λωφήσῃ ἡ ὀδυνη, ϗ τὸ πῦον εὖρουν ᾖται.

ΟΥΡΗΤΙΚΑ ΕΛΚΩΝ ΚΑΘΑΡΤΗΡΙΑ.

Διδόναι δὲ ϗ τῶν οὐρητικῶν καθαρτηρίων, λογιζόμενον πρὸς τὸ ἕλκος· εἰ μὲν ἔυηθες εἴη, σημαίνεσί τε οἱ πυρετοὶ ϗ οἱ πόνοι ἐπικουφίζοντες, ϗ τὰ ἐν τοῖς οὔροις λεῖα ϗ λιπαρὰ ϗ ἄνοσμα ἰόντα, ϗ οὐρήσεις ὑπετῶς ἀπερχόμεναι· εἰ δὲ τοιαῦτα εἴη, τῶν πραοτέρων προσφέρειν· οἷον τό, τε τῦ σικύου σπέρμα μ῾ μέλιτος ϗ τῶν φοινίκων τὸ ἀφέψημα, ϗ ἴρεν μετὰ μέλιτος ϗ αὐτὸ μέλι· ἰσχυρότερον ὑ καθαίρειν βουλόμενος, ἀδιάντου τὲ ἀφέψημα μ῾ μελικράτου ὕδατος, ϗ χαλβάνην ϗ τῦ ἡρακλεωτικῦ, ϗ ῥητίνην τερμινθίνην ἁλατήξας ἐν ὕδατι· εἶτα ὅταν κατασῇ τὸ ὕδωρ, ἠθήσας ϗ κεράσας μελικράτῳ, ἢ οἴνῳ, οὕτω δίδου· ταῦτα μὲν πρὸς τὰ ἀηθέστερα τῶν ἑλκῶν.

ΕΠΙΠΛΑΣ-

oportebit. Conſtant autem ex veratri nigri infuſione, in quâ etiam permaduerint raphanus, allia, & pulpa colocynthidis. Licebit quoque in muriâ, vel aquâ marinâ, vel aceto macerare: tum pauco oleo admixto, ut lubricum ſit, his rebus alvum perfundere, juberéque, ut quàm poterint diutiſſimè retineant. Eo ſæpe purulenta collectio frangitur, & conſaneſcit: nihilominus tamen ſpongiis uſque fovere convenit & emplaſtra inducere, ut dolor omnis minuatur, & pus ex facili profluat.

Caput X.

Quæ movendo urinas ulcera detergunt.

DAnda itidem ſunt quæ per urinas purgant, ulceris habitâ ratione: quod ſi tractabile ſit, (id autem denotant febres, & dolores leviores, & quæ in urinis apparent æquabilia, alba, & inodora, cum facilitate meiendi) mitiora exhibeantur. Cujus generis ſunt peponis ſemen, palmarum decoctum, iris excepta melle, & ipſum mel per ſe. Et ſi quis valentiùs purgare volet, uſurpet capilli Veneris decoctum cum aquâ mulſâ, galbanum, opopanacem, reſinam terebinthi: tum in aquâ liquefaciat, atque ubi aqua referbuerit & ſubſtiterit, percolet, & ex mulſo aut vino bibendum exhibeat. Hæc quidem ulceribus minus moroſis atque difficilibus auxiliantur.

CAPUT XI.

Cataplaſmata ulceribus putreſcentibus.

ADverſus maligniora ulcera valentioribus opus eſt, & intro aſſumptis, & foris admotis: intus quidem quæcunque jam dicta ſunt ad rumpendas collectiones convenient; & cuminum Æthiopicum cum vino dulci, ruta cum melle & vino, canchrys cum ſemine porri ex vino molli & delicato. Extra verò proderit ervi farinam in vino & melle coctam illinere, & roſas aridas tritaſque cum lente & melle, aut baccas myrti alicui horum incoctas. Quippe hæc & id genus omnia ulcerum putredines inhibent: verùm oportet totos lumbos & ilia perlinire. Bonum etiam aliquod medicamentum injicere eorum, quæ dyſenterica appellantur, ſi vehementiùs depaſcatur ulcus: ſi verò præ dolore & inflammatione pus foràs prodire non poteſt, abluere oportebit tenui cremore ptiſanæ, & lacte, & hujuſmodi tepida fomenta adhibere, & ſupra aquam tepidam ſedentem collocare. Ita enim percommodè exierit. At ſi propter craſſamentum retardetur, bibendum decocturam fœniculi, apii, chamæpityos, abſinthii atque origani. Hæc taliter facienda ſunt.

CAPUT XII. *De Lacte.*

POſtmodum bibendum lac cum melle, cumprimis aſininum aut equinum. Siquidem ejus magnus

ΕΠΙΠΛΑΣΜΑΤΑ ΣΗΠΟΜΕΝΩΝ ΕΛΚΩΝ.

Πρὸς δὲ τὰ πονηρότερα ἰσχυροτέρων δεῖ καὶ ἔνδοθεν καὶ ἔξωθεν. ἔνδοθεν μὲν οὖν, ὅσα τε πρὸς τὰς ῥήξεις ἤδη εἴρηται συμφέρειν, καὶ κύμινον τὸ αἰθιοπικὸν μετ' οἴνου γλυκέος, καὶ πήγανον μετὰ μέλιτος καὶ οἴνου, καὶ κάγχρυς μετὰ πράσου σπέρματος ἐν οἴνῳ ἀπαλῷ· ἔξωθεν δὲ ὀρόβων ἀλφίτοις καταπλάσσειν ἐφθοῖς ἐν οἴνῳ, καὶ μέλιτι, καὶ ῥόδοις ξηροῖς μετὰ φακῆς τρίψας καὶ μέλιτος, καὶ μύρτοις μετὰ τινὸς τούτων ἐφθοῖς. τὰς γὰρ σηπεδόνας τῶν ἑλκῶν ἐπέχει ταῦτα τε καὶ ὅσα τοιαῦτα ἄλλα, καταπλάσμασιν ὀσφύν τε καὶ κενεῶνας ὅλους περιλαμβάνοντας. ἀγαθὸν δὲ καὶ ἐνιέναι τῶν δυσεντερικῶν τι φαρμάκων, εἰ μὴ μεῖζον νέμοιτο· εἰ δὲ μὴ πόνου καὶ φλεγμασίας τὸ πύον ἔξω διαδιδόναι μὴ δυνάται, ὑποκλύζειν χυλοῖς πισάνης λεπτοῖς καὶ γάλακτι, καὶ τἄλλα χλιάσμασι πυριᾶν, καὶ εἰς ὕδωρ καθίζειν θερμόν. ὕτως γὰρ μάλιστα ἂν ὑπέλθοι· εἰ δὲ ὑπὸ πάχους ἐνίσχοιτο, μαράθρου τὸ ἀφέψημα πίνειν καὶ σελίνου καὶ χαμαιπίτυος, καὶ ἀψινθίου καὶ ἐρυγάνου. ταῦτα μὲν δεῖ ποιεῖν ὧδε.

ΠΕΡΙ ΓΑΛΑΚΤΟΣ.

Μετὰ δὲ γάλα πίνειν σὺν μέλιτι, τὰ μὲν πρῶτα ὄνειον ἢ ἵππειον· πρὸς γὰρ τὴν κάθαρσιν τῶν ἑλκῶν

κῶν συμφέρει· ὅταν ᾖ μηκέτι καθαίρεσθαι δέωνται, ἀλλὰ τὸ μὲν πύον ὑπίῃ ὀλίγον, αἱ δὲ ἀπὸ τ̃ οὔρων δήξεις ἀμβλυώνται, χρήζῃ δὲ ὁ ἄνθρωπος πιαίνεσθαι, τότε ἤδη τὸ βόειον γάλα προσφέρειν, καὶ μᾶλλον τ̃ ὄϊος. παχύτερον γὰρ καὶ ἧσον διαχωρητικόν· πλῆθος δὲ προσφέρειν καὶ δύο καὶ τρεῖς, καὶ ἔτι πλείας κοτύλας· καὶ σιτίον δὲ θὺς μηδὲν ἄλλο λαμβάνειν, ἕως ἂν τόδε καταπεφθῇ· τὸ δὲ ὑποχωρῆσαν τ̃ γάλακτος, τοῦτο καὶ τῶν ἄλλων ἑλκῶν τῶν ἔισω κάλλιστον φάρμακον, τοῖς τε χαλεποῖς ἰχῶρσιν ὑμενέστατον, καὶ ταχὺ ἀνατρέφον τὸ σῶμα· μάλιστα δὲ ἐν νοσήμασι ζωτηκτικοῖς, ὅτι δεῖ τάχιστα εἰς ὑγείαν καταστῆσαι τὸν ἄνθρωπον. ὥστε εἰ καὶ τῇ ἄλλῃ διαίτῃ πιαίνεις τὸν νεφριτικὸν, ἧκ ἂν ἁμαρτάνοις. χρὴ δ̃ν κατακείμενον μαλακῶς ἀνατρέβειν τὲ ἐφ' ἑκάστῃ ἡμέρᾳ, καὶ τρέφειν, κατ' ἀρχὰς μὲν γάλακτι, ὡς εἴρηται, καὶ ῥοφήμασι πτισάνης, καὶ ἀμυλίοις καὶ τῷ πλυτῷ ἀλεύρῳ, ἐν γάλακτι ἑφθῷ, καὶ ἰτρίοις καταθρύπτων εἰς ζωμὸν ὄρνιθος λιπαρὸν, καὶ ἔτνη τά τε ἀπὸ τῶν ὤχρων, καὶ ἀπὸ τ̃ δολίχων, καὶ τὰ ἀπὸ τῶν ὀρόβων, προσαπογλυκαίνειν τάς τε ὀρόβας καὶ αὐτὰς καθ' αὐτὰς ἑψῶν, ἢ καὶ συμμίσγων τινὶ τῶν εἰρημένων ἀσπείων.

ΠΕΡΙ ΛΑΧΑΝΩΝ.

Λάχανα δὲ ἁπτήδεια τοῖς παροῦσι μαλάχη καὶ λάπαθον, καὶ βλίτον, καὶ ἀνδράχνη, καὶ ἀσπάραγος,

magnus uſus eſt ad ulcerum munditiem. Quando autem nihil amplius repurgari indigebunt, & pauca ſubluvies effluet, morſúsque urinarum retundentur, atque homo corpus recuperare & pingueſcere laborabit, tum lac bubulum citiùs quam ovillum obtuleris. Craſſum enim magis & minus fluidum. Dabitur verò ad duas, tres, pluréſve heminas. Nec cibi quicquam præterea ingeretur, quoad ſumptum hoc percoctum ſit & mitificatum. Quinimo ſerum ipſum lactis tum inteſtinorum ulcerum efficaciſſimum eſt remedium, tum graviter manantibus ulceribus mitiſſimum accidit, & ſub manu corpus alit; maximè in ſyntecticis, hoc eſt *defectis & quaſi ſtrigoſis*, quorum plurimi intereſt, ut ad habitiorem corpulentiam quàm primùm reducantur. Quapropter ſive hac victus ratione, ſive alia procures, uti nephriticus pingueſcat, nihil aberrabis. Itaque cubantem & molliter fricare, & quotidie expediet : alere autem, initio lacte, ut dictum eſt, & ſorbili ptiſanario, amylis panibus, farina elota & incocta lacti ac placentis, ſuminalibus confractis in capi juſcula pinguia : dabis etiam pulmentaria ex ciceris, phaſeolis atque ervis : ſed ervum priùs oportebit (ut ita dicam) edulcare, hoc eſt macerare, ut amarorem deponat, & per ſe decoquere, aut cum aliquo dictorum leguminum.

Caput XIII. *De Oleribus.*

OLera convenientia his, de quibus agitur, malva, lapathum, blitum, portulaca, aſparagus, cucurbita

curbita, coctus cucumis, & lactuca cocta: prodestque nihil crudum comedere. Hæc autem & ventrem leniter ſubducunt, & hebetant urinarum acrimoniam: atque in proceſſu jam ad plenum extinctis febrium ardoribus, & corpore refecto, carnibus cibare oportebit.

CAPUT XIV.

De Carnibus.

CArnes in hoc morbo laudo hœdorum, agnorum, carnem ſuillam probo, aves tenellas, ex piſcibus ſaxatiles coctos, quin & ſquatinas, raias leves, torpedines, & cætera id genus chartilagineorum.

CAPUT XV.

De ſecundâ Menſâ.

ET ſi quid in longo morbo bellariis opus ſit, a carycis abſtinendum, ulceribus enim adverſantur; veſcendum verò palmis, nucibus avellanis, ſtrobilis & uva paſſa: amygdala etiam toſta danda ſunt ex melle, vinumque bibendum mellei coloris. Acetum autem atque omnem ſalſilaginem, in poculentis atque eſculentis juxta, vitare oportet. Hæc igitur ſunt eorum, quibus renes dolent, pulmenta & edulia. Quod autem ad reliquam vitæ rationem attinet, confert minimè feſtinantem, ſed tardè atque

κολοκύνθη, καὶ ἐφθὸς σίκυος, καὶ θρμβακίνη ἐφθή· ὠμὸν δὲ οὐδὲν συμφέρει ἐσθίειν. ταῦτα ᾗ καὶ τῷ γαστέρα ἡσυχῇ ὑπάγει, καὶ τὰς τῶν οὔρων δήξεις ἀμβλύνει· προϊόντος ᾗ τοῦ χρόνου, καὶ πεπαυμένων δὲ εἰς τέλος τῶν πυρετῶν ἀνατρεφομένου τὲ τοῦ ὄγκου, καὶ τοῖς κρέασι δεῖ σιτίζειν.

ΠΕΡΙ ΚΡΕΩΝ.

Κρέα ᾗ ἐπαινῶ ἐς τὸ δε τὸν νόσον, ἐρίφων καὶ ἀρνῶν καὶ χοίρων, καὶ ἀπαλὰς ὄρνιθας, καὶ ἰχθύων τὰ πετραῖα ἐφθὰ, καὶ ῥίνας, καὶ λειοβάτας, καὶ νάρκας, καὶ τὸ τοιοῦτον γένος τῶν σελάχων.

ΠΕΡΙ ΤΡΑΓΗΜΑΤΩΝ.

Εἰ δέ τινος καὶ τραγήματος προσδέοιτο ἐν μακρᾷ νόσῳ, ἰσχάδων μὲν ἀπέχειν· πολέμιαι γὰρ τοῖς ἕλκεσι· φοίνικας δὲ προσφέρειν καὶ καρύων τῶν ποντικῶν, καὶ κώνων, καὶ ἀσαφίδος, καὶ ἀμύγδαλα φρύγων διδόναι μὴ μέλιτος· οἶνον δὲ πίνειν μελιχρόν· ὄξος ᾗ ἀπέχειν καὶ παντὸς ἄλλου ἁλμυρᾷ, καὶ πόματος καὶ σιτίου. τὰ μὲν οὖ προσφέρματα τῶν νεφριτικῶν τοιάδε. ἡ δὲ ἄλλη δίαιτα, προς τὰς κινήσεις συμφέρει ὅτιπολὺ μήτε ταχέως ἄγειν·

οὐδὲ γὰρ ἑτέρῳ ἕλκει ἀδενὶ κίνησις συμφέρει· πολύγε μὴν μᾶλλον τοῖς κατὰ νεφρῶν ἕλκεσιν· ἀλλὰ ἀτρεμοῦντα ἀνακομίζειν ἐν ἀπαθείᾳ πάσῃ, τελίψεσί τε ὡς λιπαρωτάταις καὶ λιπροῖς καὶ σκέπῃ.

ΕΜΕΤΙΚΑ.

Τὰς δὲ ὑπογιγνομένας πλησμονὰς ἀρκέσει καὶ πυρία ξηρὰ κενῶσαι καὶ ἔμετος. κάτω δὲ οὐ χρὴ μαλάσσειν, πλὴν ὅσα ἐφ' ἡμέρᾳ τῶν τινὶ εἰρημένων βρωμάτων, ὡς μὴ ῥᾳδίως ταλαιπωροῖντο τοῖς ἐμέτοις, μήτε ἄγαν ἐμπλήσας κέλευε ἐξεμεῖν, καὶ τῶν ἐμετηρίων σιτίων προσάρας. ταῦτα δέ ἐστι τὰ πίονα καὶ γλυκέα, καὶ οἱ σπερματίαι σίκυοι· εἰ δὲ μὴ παρεῖεν, τὸ σπέρμα αὐτῶν τετριμμένον μετὰ μέλιτος, καὶ ἅλμυρον ἐφθὸν, καὶ πέμμα ἐπὶ τούτοις γλυκὺ καὶ δαψιλόν· οὐ μόνον δὲ πρὸς τὰς πλησμονὰς ἐπαινῶ τοὺς ἐμέτους, ἀλλά μοι δοκεῖ τολμήσας τὶς θαμινὰ ἐξεμεῖν, ταχὺ ἂν καὶ ἕλκος ἐν νεφροῖς, καὶ ἄλλῃ τινὰ ἐνθένδε λύσαι βλάβην. ὅταν δὲ εἰς τόδε ἔλθῃ, ὥστε ῥαΐζειν δυνάσθαι καὶ ἀνέχεσθαι κινήσεως, τὰ μὲν πρῶτα ἡσυχῇ τε καὶ ὀλίγα καὶ ἐν ἰσοπέδῳ

περιπατεῖν·

que ocioſè eos ad exercitia motuſque producere. Namque agitatio cum aliis exulceratis omnibus, tum renum ulceribus vehementer eſt inimica. Conducit igitur quietum reficere atque recreare omni vitæ mollitie voluptuaria, frictionibus quàm leviſſimis, balneis & integumentis.

CAPUT XVI.

Quæ vomitionem excitant.

REpletionibus ſubortis faciet ſatis illaſque levabit fotus per ſicca & vomitus: per inferna vacuare vel detrahere nihil eſt neceſſe, præterquam dictorum ciborum quotidiana retrimenta: ac ne impendio vomendo crucietur, impera ut intra modum repleto ventriculo vomat, aſſumpto etiam eorum aliquo quæ nauſeoſa ſunt, & vomendi appetitionem movent, cujuſmodi ſunt pinguia & dulcia & prægrandes cucumeres; qui ſi non ſint ad manum, ſubſtituantur eorum ſemina melle intrita, & pulticula: potúſque dulcis ſuper his ingeſtus largiter. Nec ſolum adverſus ſaturitates & expletiones vomitionem commendo, ſed etiam mihi videtur (ſi quis fortè periclitari audeat) vomendo ſæpius, non modo renum ulcera, verùm etiam ejus loci vitia omnia brevi poſſe conſanari. Poſtmodum autem, cum uſqueadeo proceſſum erit, ut jam ex morbo revaluiſſe compareat, & motiones ſalutariter poſſe perpeti, primum ſpatiari poterit paulatim & modicè,

idque per planitiem : ſtatus verò fugiet, curſus, ſaltationes, ſubitasque declinationes, & inflexiones corporis : deinde quo firmior & valentior in dies evaſerit, eo plus deambulationibus exercitationibúſque aliis licebit apponere. Alia exercendi ſui genera ſunt, colluctationes manuum, frictionéſque levi attactu & manu ſuſpenſa. Ea quidem eſt in nephriticis vivendi præceptio : nunc ſi ſuppuratio foras eruperit, an etiam manus tractatione atque opera utendum ſit nec ne, luculenter apparet. Antiquitus ſuppurata inurebant, aut decacuminabant, *hoc eſt ſcalpello deputato faſtigium reſecabant, ut pus proflueret.* * * * * *

Ejuſdem AUCTORIS FRAGMENTUM

De Medicamentis purgantibus.

* Et ſoboli procreandæ conferre videtur.

Filicula pituitam, bilem aquáſque detrahit. Danda excepta mulſo aut aqua, raſa radix, ad drachmas duas. Non minus eſt ſalubre bullitam ad ſalgama, ſive cum ſalſamento, ante prandium comedere. Purgat item non moleſtè cum ptiſana & cum jure avis domeſticæ decocta : bella fuerit purgatio, ut quæ adoleſcentibus etiam ſatisfaciat ; in morbis verò nihil tanta purgatione opus eſt.

Iris quidem pituitam, mucoſa excrementa, atque etiam bilioſa deducit : quin & ſanguinem, & melan-

περιπατεῖν· τάσεις ἢ καὶ δρόμους καὶ πηδήσεις, καὶ ἐξαπιναίους ἀπικύψεις φυλάττεσθαι· ἔπειτα ἢ καθ' ὅσον ἀπιδίδωσι ῥώμη τὲ καὶ τάξις, κατὰ τοσοῦτο τοῖς τε περιπάτοις καὶ τοῖς ἄλλοις πόνοις προσιθέναι. τὰ εἴδη τῶν ἄλλων πόνων ἐστὶν ἀνάπαλαί τε χειρῶν καὶ τρίψεις καὶ πολλὴ ἡσυχίαν. δίαιτα μὲν ἡ δὲ τῶν νεφελτικῶν· εἰ δὲ πρὸς τὰ ἔξω τεράποιλο τὸ ἐμπύημα, εἰ δεῖται μᾶλλον ἐπαῦθα καὶ τῇ χειρὶ καλαφανέστερον. * * * * * τὰς διέκαιον οἱ παλαιοὶ, ἢ ἀπεκορύφων * * * * *

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΡΟΥΦΟΥ ΒΙΒΛΙΟΝ ΑΛΛΟ ΑΝΑΡΧΟΝ ΚΑΙ ΑΤΕΛΕΣ ΠΕΡΙ ΦΑΡΜΑΚΩΝ ΚΑΘΑΡΤΙΚΩΝ.

*ΚΑΙ παιδοποιίᾳ δοκεῖ συμφέρειν.

Πολυπόδιον ἄγει μὲν φλέγμα καὶ χολὴν καὶ ὑδατώδη· διδόναι δὲ τὴν ῥίζης ὅσον δραχμὰς δύο, ἀπιξύων μελικράτῳ, ἢ ὕδατι· κάκιον καὶ ἀδὲν καὶ ἀπὶ τάριχος ξύσαντα, φαγεῖν πρὸ τᾶ ἀρίστα· καθαίρει δὲ καὶ ἐν πλισάνῃ καὶ ἐν ζωμῷ ὄρνιθος ἡ ῥίζα ἑψηθεῖσα, ἀ λυπηρῶς· καὶ ἔτη ἂν ὡραία μὲν κάθαρσις, καὶ μάλιστα μελαγχόλοις αὐτάρκης· πρὸς δὲ τὰς νόσους ἀδὲν μέγα ἄτω καθαίρειν.

Ἡ δὲ ἴρις ἄγει μὲν φλέγμα καὶ ὑπόμυξα, καὶ χολώδες, εἰ δὲ πλεῖον τᾶ μετρίᾳ διδοίης, καὶ αἱματώδες καὶ μέλανα·

ὥστε

ὥστε μέτριον ἀρκεῖ μία ἥμισυ κύαθος καθῆραι. πάνυ δέ ἐστι στομάχῳ δυσχερές· τὴν ῥίζης διδόναι δραχμὰς **** μετὰ μελικράτου, τοῖς τε σπληνικοῖς, καὶ τοῖς ἀμφημερινῷ καὶ τεταρταίῳ πυρέττουσι, καὶ τοῖς δυσπνόοις, καὶ τοῖς βηχώδεσι, καὶ τοῖς κωλικοῖς.

Σικυωνία δὲ καθαίρει φλέγμα καὶ χολὴν ἄκρατον· διδόναι δὲ δραχμὴν μίαν τῆς ἐντερώνης ἐν μελικράτῳ. πραότερον δὲ καθῆραι βυλόμενος, τὸ μὲν πέρμα τῆς σικυωνίας ἐκβάλλειν ἐγχέας δὲ οἴνου γλυκέος εἰς τὸν φλοιὸν, ἑψεῖν ἐπὶ μαλακοτέρας, ἕως ἂν καλῶς θερμανθῇ, τοῦτο διδόναι πίνειν, οἷς τε ἄγειν οὐκ ἰσχυρῶς δεῖ, καὶ οἷς κατὰ δέρμα ἐξανθήσεις πελιαὶ γίνονται. τὸ δὲ ζύμπαν, σικυωνία συμφέρει ἄσθμασι, πλευρῶν πόνοις, χρονίαις κεφαλαλγίαις, ἰλίγγοις, ἀμβλυωπίαις· ἔστι δὲ πικρότατον μὲν, ἀλλ' εἰς ὕστερον εὐστομώτερος παρασκευάζει.

Φακοειδὲς δὲ ἄγει μὲν ὑδατώδες, καὶ φλεγματώδες, καὶ χολώδες· ἀρκεῖ δὲ πλήθει δραχμῶν δύο, μελικράτῳ ἐπιπάσσοντα πίνειν.

Πέπλος καὶ πέπλιον ἐγγυτάτω μὲν τὴν ἰδέαν ἀλλήλων, ἐς τὸ καθάραι· τὸ δὲ φλεγματῶδες, καὶ χολώδες, μετὰ φυσῶν καὶ πλήθους, καὶ ξηρανθέντα καθαίρει πραέως.

Ἡ δ' ἀλόη, ὀξὺ μὲν καθῆραι, οὐκ ἔστι στομάχῳ δὲ εὐμενέστατον ἴσα καὶ ἀψίνθιον. ἀρκεῖ δὲ ὅσον δραχμὰς δύο, μετὰ μελικράτου πιεῖν· ἄγει δὲ φλέγμα καὶ χολήν. ἀγαθὸν δὲ καὶ λεῖον ἐφ' ἡμέραν λαμβάνειν ἀπὸ δείπνου. Μα-

χωρεῖ

lancholiam trahit, ſi præter modum dederis. Quare ſola ut mediocriter purget, cyathi dimidium ſufficiet: admodum enim ſtomacho eſt ingrata. Radicis verò dandæ drachmæ ſeptem in mulſo, lienoſis, quotidiana & quartana febre laborantibus, anhelatoribus, tuſſientibus & colicis.

Colocynthis pituitam purgat, & bilem meram. Ejus pulpæ danda eſt drachma una in mulſo: ſi quis tamen mitius purgare volet, ſemen ejiciendum eſt, & affuſo vino dulci intra corticem, lento igne coquendum, quouſque rectè incaluerit; tum his propinandum offeratur, quos non potenter exinanire conveniat, & quorum cutem lividæ papulæ deformârint. In totum verò colocynthis prodeſt ſuſpirioſis, laterum doloribus, inveteratis capitis cruciatibus, ſingultibus, & adverſus obtuſam aciem oculorum. Etſi enim oppido quàm amara eſt medicina, tamen in poſterum efficit, ut illis ſit uſus cibi gratior.

Calcifraga aquoſa, pituitoſa, bilioſaque vacuat: drachmis duabus in mulſo pota ſufficit.

Peplos & peplis gentilitate & figuræ cognatione proximæ, in purgando pituitam, & bilem extrahunt cum flatibus pro copia: ſiccatæ etiam benignè purgant.

Aloe celeriter purgat, nec verò ut abſinthium gratiſſima eſt ſtomacho: ejus duæ drachmæ cum mulſo potæ ſufficiunt: pituitam & bilem attrahit. Bonum conſimiliter quotidiè eam aſſumere à prandio; humores ſiquidem permeat & ſubducit, nec cibi digeſ-

digeſtionem abolet, præterea non ſiticuloſum reddit, ſed famelicum; terere autem oportet cum braſſicæ aut lapathi ſucco, & formare catapotia partim ciceris partim fabæ magnitudine: & cum exinanire collibuerit, duo aut tria ingerere. Convenient etiam ejus globuli cum reſina apparati, aut cum melle cocto, eorum cauſa maximè quibus intolerabilis eſt amaritudo. Quin etiam ſcammonio utiliter admiſcetur, aut eorum alteri, quæ ſtomachi diſſolutionem faciunt, præterquam quod febres quotidianas ſanat, arquatis, & jecinoris vitiis ſubvenit, cibi faſtidia & cruditates emendat in hominibus, & perinde in mulieribus; fuiſſétque optimum medicamentum pueris, niſi amarum eſſet ſupra modum: puerilis enim ætas à rebus uſque adeò amaris vehementer abhorret.

Hippophaes & hippophæſtum pituitam, bilem, aquaſque purgant largiter: hippophæſtum aquæ vitia. Præcipuè comitialibus datur, ſyderatis altera manu, aut crure, oblivioſo, difficulter ſpiranti, & his qui rectà ſpirare coguntur: adhæc his omnibus, quos perpetuus variúſque tremor exagitat. Si valentius purgare volueris, dabis ſucci per ſe obolos tres: ſin autem ex eo quod cum farina ervi conficitur, drachmam unam ex mulſo; ſed ad omnia efficaciùs hippophæſtum: ideò dandum minore copia.

Clematis pituitam & bilem purgat: ejus fructus ad drachmam unam exhibendus eſt cum mulſo.

Pycnocomum bilioſa detrahit: ejus radicem comedendam dato, ipſa enim per ſe purgat; rotunda eſt, exiguo malo admodum ſimilis.

χωρεῖ γὰρ, καὶ τὰ ζίτα ὐκ ἀφανίζει· πρὸς ἢ καὶ ἄδιψόν ἐστι καὶ ὄψιτον, τελίψαντα ἐν χυλῷ κεφάλης, ἢ λαπάθῳ πλάσαι, τὰ μὲν ἡλίκα ἐρεβίνθῳ, τὰ δὲ κυάμοις ἴσα· καὶ τούτων λαμβάνειν, καὶ δύο, καὶ τρία, ὅπως καὶ χρηζης κενοῦσθαι. ὀπτήδειον καὶ μὴ ῥητίνης κατάποτον σκοδαθὲν, καὶ μὴ ἐφθοῦ μέλιτος· καὶ μάλιστα οἷς ἡ πικρία δύσφορος. καλῶς δ' ἄν που καὶ σκαμμωνίᾳ μίσγοιτο, καὶ ἄλλῳ τινὶ τῶν καρδιοβόλων. νοσήμασι δὲ συμφέρει, πυρετοῖς τὲ ἀμφημερινοῖς, καὶ ἰκτέρῳ, καὶ ἥπατος πόνῳ, καὶ ἀποσιλίαις, καὶ ἀπεψίαις, καὶ οὐχ ἧσσον γυναιξὶν, ἢ ἀνδράσιν· εἰ δὲ μὴ ἡ πικρία ὑπερέβαλε, καὶ παιδίοις ἂν κάλλιστον· ἀλλὰ τῶν ὀπὶ τοσοῦτον πικρῶν οὐκ ἐθέλυσι παῖδες γεύεσθαι.

Ἱππόφαὲς δὲ καὶ ἱππόφαιστον, καθαίρει φλέγμα, καὶ χολὴν, καὶ ὕδωρ πλέον. τὸ ἱππόφαιστον τὰ ὑδατώδη. διδόναι ἢ τῷ τε ὀπιληπτικῷ καὶ τῷ ὠθαπληγὶ χεῖρα, ἢ σκέλος, καὶ τῷ ὀπιλανθανομένῳ, καὶ τῷ δυσπνόῳ, καὶ τῷ ὀρθοπνοϊκῷ· καὶ ὅσοις παλμοὶ ἄλλοτε ἄλλοι τὲ σώματος ζυνεχεῖς γίνονται. μᾶλλον δὲ καθῆραι βελόμενος, τὲ ὀπου, εἰ μὲν καθ' αὐτὸν ὀβολὸς γ· εἰ ἢ τὲ σὺν τῷ ὀρόβῳ σκυαζομένου, δραχμὴν μίαν ἐν μελικράτῳ. εἰς πάντα καὶ ἰσχυρότερον τὸ ἱππόφαιστον. διὸ καὶ μεῖον δοτέον.

Κληματὶς δὲ καθαίρει φλέγμα καὶ χολήν· προσφέρειν ἢ τὲ καρποῦ ὅσον δραχμὴν μίαν ἐν μελικράτῳ.

Πυκνόκομον δὲ ἄγει χολῶδες, διδὲς καὶ τὴν ῥίζαν φαγεῖν· αὐτὴ γὰρ μόνη καθαίρει, καὶ ἐστὶ τραγγύλη, μικρῷ μήλῳ μάλιστα ὁμοία.

Αμπελοι δὲ καθαίρουσι καὶ χολῶδες καὶ ὑδατῶδες, πλήθη καὶ ἐξαρκεῖ δραχμῶν δύο· κάλλιστα καὶ ἂν χρῷτο τῇ ἡμέρᾳ χειρωνίῳ πρὸς τὰς ἐπιλήπτους καὶ μαινομένας, τῇ δὲ ἀγελάῃ πρὸς τὰς ὑδερωῦντας.

Θύμον καὶ ἔπιθυμον, καὶ ἀμάραχον, καὶ κονίλη μελάνων εἰσὶ καὶ φλεγματωδῶν καθαρτήριον· ἀλλὰ πολὺ πρὸς ἅπαντα τὸ ἔπιθυμον προέχει· διδόναι δὲ κόψας καὶ διασήσας μετ' οἴνου γλυκέος· πλῆθος δραχμῶν ἓξ καὶ ἔπιπλεῖον. ἄγει γὰρ χρηστῶς· καὶ εἰ ἔπιδειπνεῖν ἐθέλοις, ἥδιον ἐμποδῶν μὴ καθαρθῆναι μετρίως· τὰς δὲ ἑωθινὰς καθάρσεις, μετ' ὀξυμέλιτος ποιῆσαι, τῶν ἀλῶν προσμίσγων. συμφέρει ἢ ἔπιθυμον τοῖς φυσώδεσι καὶ ὑποχονδριακοῖς, καὶ ἀπέπτοις, καὶ ὅσοις ἦπαρ ἢ σπλὴν βαρύνεται, καὶ τοῖς δυσπνόοις. θύμος δὲ ἄγει μὲν καὶ μέλανα, πλείονα δὲ τὰ φλεγματώδη. πλῆθος τῆς κόμης, ὅσον ὀξύβαφον μετὰ μέλιτος. διδόναι ἢ τοῖς τε ἀθματικοῖς, καὶ τοῖς χρονίως βήττουσι, καὶ τοῖς πάχη ἐν κοιλίᾳ ἔχουσι.

Ο ἀμάραχος ξηρὸς ἔπιπασσόμενος ὀξυμέλιτι ὅσον δραχμαὶ δ· μεθ' ἁλῶν, τὰ ὅμοια ὀνίνησι. καὶ ἡ ὀρίγανος ἢ ὡσαύτως· διδόναι δὲ ὀξύβαφον ξηρῶν ἐν μελικράτῳ.

Αἱ ἢ μήκωνες ὑπάγουσι μὲν ἡσυχῇ, πλῆθος δ' ἀρκεῖ τὸ σπέρματος ἑκατέρου ὅσον ὀξύβαφον ἐν μελικράτῳ.

Σικύου ἢ ἡ ῥίζα, ἁρμόζει μὲν πινομένη τοῖς ὑδερώδεσι· καθαίρει δὲ φλέγμα καὶ χολήν. ἀλλὰ τὸ μὲν χυλὸ τῆς ῥίζης, ἐξαρκεῖ καὶ ὅσον ὀβολὸς διδόναι τρεῖς· τὸ δὲ φλοιοῦ, καὶ τριπλάσιον· τὸ δὲ ἐλατηρίου, σον μικρὸν ὕστερον.

Σκορπίουρον μὲν καθαίρει φλέγμα καὶ χολήν, ἀρκεῖ δὲ

Vites purgant tum bilem, tum pituitam. Dantur drachmis duabus : ſativæ uſus eſt inſignis contra morbum caducum, & inſaniam : ſylveſtris verò ad aquam intercutem

Thymus, epithymum, amaracus, & cunila, bilem atram pituitámque purgant: ſed ad omnia plus poteſt epithymum: tritum & cretum dandum eſt in vino dulci, ſemunciæ cum ſiciliquo menſura, aut etiam majore. Egregiè enim humores trahit, ac ſi à medicamento ſtatim prandere velis, nihil juſtam purgationem impediet : manè verò purgare oportet cum oxymelite ſale adjecto. Confert etiam epithymum inflationibus, & interaneis morbis, crudis, & his quibus hepar, aut lien prægravatur, atque etiam difficiliter ſpirantibus. Thymus detrahit melancholiam, & pituitam affluenter. Comæ ejus acetabuli menſura cum melle danda ſuſpirioſis, tuſſi inveteratæ, & his qui humores craſſos in ventriculo continent.

Amaracus ſiccus drachmis quatuor melle exceptus, admixto ſale, eandem vim habent: ſimiliter & origanum. Danda ſunt ſicca acetabuli menſura cum mulſo.

Papavera leniter ſubducunt: ſeminis utriuſque ſufficit acetabulum in mulſo.

Cucumeris radix epota facit ad aquam intercutem : purgat pituitam & bilem: verùm ſucci ex radice ſatis eſt trium obolûm pondus, corticis triplum: elatyrii quantum paulò poſt.

Heliotropium minus, quod tricoccum dicitur,

pituitam purgat, purgat & bilem, ſatis facit manualis faſciculus decoctus moderatè ex aquâ, & potus affuſo vino.

Seſamoides minus pituitam quoque & bilem ducit: ſeminis menſura acetabuli dimidium.

Tithymalus helioſcopios (eſt autem omnium eſularum imbecillimus) detrahit etiam ipſe bilioſa & pituitoſa retrimenta, ſive ſuccum, ſive ſemen, ſive folia dederis: eſt tamen ſuccus efficacior, ſecundo loco ſemen, extremo folia. Succi verò drachmæ pondus ſatis eſt, ex aliis detur quantum vires ferunt. Purgat itidem cypariſſias, ſed cum majore efficacia, idcircò minus dandum. Inter eſulas, quæ eſula propriè dicitur, potentiſſima: nam ſeminis, ſi ſolum expreſſum ſuccum intra carycam dederis, purgabit inſigniter: folia perinde, perarida, & mulſo ſoluta, quanta eſt ſemiſſe minus menſura acetabuli.

Chamelæa pituitam, bilémque vacuat, folia terere oportet, & melle cocto excepta exhibere: acriter enim mordet: nonnulli abſinthium admiſcentes, in catapotia digerunt: pondus idoneum drachmæ duæ. Braſſica marina, ut cætera olera cocta & condita eſtur: ſtomachúmque peſſimè ſubvertit, & celeriter perturbat.

Lathyreos comeſta grana decem faciunt ſatis: guſtatu dulcia ſunt, & pituitam, & bilem affatim detrahunt: ſufficiunt etiam ſucci ex mulſo liquati, terni oboli: folia etiam licet ad eundem uſum juſculo gallinaceo incoquere,

ὅσον δεσμὴν σύμμετρον ἐψήσαντα τῷ ὕδατος πιεῖν κεραύσαντα ὄινῳ.

Τὸ δὲ λάδανον σησαμοειδὲς, ἄγει μὲν καὶ αὐτὸ φλέγμα καὶ χολὴν· μέτρον δὲ τοῦ σπέρματος, ὅσον ἥμισυ ὀξυβάφου.

Ο δὲ ἡλιοσκόπος τιθύμαλλος. ἔστι δὲ πάντων τιθυμάλλων ἀσθενέστατος· ἄγει καὶ αὐτὸς καὶ χολώδες καὶ φλεγματώδες, λεῖόν τε τοῦ ἀποῦ δίδως, λεῖόν τε τοῦ σπέρματος, λεῖόν τε τῶν φύλλων· ἰσχυρότερον δὲ ὁ ὀπὸς, δεύτερον τὸ σπέρμα, τρίτον τὰ φύλλα. ἱκανὸν οὖν τοῦ μὲν ὀποῦ δοῦναι δραχμήν· τῶν δ' ἄλλων κατὰ λόγον τῆς ἰσχύος· καθαίρει δὲ ὁ κυπαρισσίας ὅμοια, γλυκαιότερον δὲ, ὥστε ἐξαρκεῖ καὶ ἔλαττον διδόναι, ὅδε τιθύμαλλος κάλλιστον ἐν τοῖς τιθυμάλλοις, ὥστε εἰ καὶ ἀποσάζων τοῦ ὀποῦ ἰσχάδος διδοίης οἱ, καθαίρει καλῶς· καὶ τὰ φύλλα ξηρὰ λίαν ὀπισθέντα μελικράτῳ, ὅσον ἥμισυ ὀξυβάφου.

Η δὲ χαμελαία, καθαίρει μὲν φλέγμα καὶ χολήν· δεῖ δὴ τῶν φύλλων λαβόντα τρίψαι, καὶ ὠειπλάσαντα ἐφθῷ μέλιτι δοῦναι. δάκνει γὰρ ἰσχυρῶς. ἔνιοι δὲ καὶ ἀψίνθιον μίσγοντες, καταπότιον σκευάζουσι· πλῆθος δὴ ἀρκεῖ δραχμῶν δύο. ἢ δὴ θαλασσίαν κράμβην ἐφθὴν, ὡς τι καὶ ἄλλο τῶν λαχάνων ἀρτύσαντα ἐδέειν. ἔστι δὲ στομάχῳ κακίστη καὶ ταράσσει ταχύ.

Τῆς δὴ λαθύριδος ἀρκεῖ μὲν καὶ ὅσον κόκκους δέκα φαγεῖν· εἰσὶ δὴ γευομένῳ γλυκεῖς, καὶ ἄγουσι χολώδες, καὶ φλεγματώδες συχνά· ἀρκεῖ δὲ καὶ τοῦ ὀποῦ λαβόντας διατῆξαι μελικράτῳ, ὅσον ὀβολὸς γ, καὶ τῶν φύλλων

ζωμῷ

ζωμῷ ὄρνιθος ἑψῆσαι. κενοῦσι γὰρ τὰ αὐτὰ, ἧσσον δὲ τὰ φύλλα.

Ἀγαρικὸν δὲ καθαίρει φλέγμα καὶ χολὴν· ἀλλ' ὐκ ὀξέως· ἔστι δὲ συμφορώτατον ὑπὸ ἥπατος, καὶ πλευρὶ καὶ πνεύμονι, καὶ δυσπνοΐᾳ, καὶ ὀξυρεγμίαις, καὶ ἀρθρίτισι, καὶ κεφαλῆς βάρει, καὶ ἰλίγγοις, καὶ ὑπιληψίαις, καὶ γυναικὶ ὑστερικῇ, τούτοις πᾶσι συμφορώτατόν ἐστι· διδόναι δὲ πλῆθος δραχμῶν δύο, ὑπιπάσοντας μελικράτῳ ὀξεῖ.

Εὐφόρβιον δὲ, καθαίρει μὲν ὑδατῶδες καὶ χολῶδες, πολλὸν ἔς. * *

alvum ſiquidem ſubducunt; ſed non cum tanto ſucceſſu.

Agaricum pituitam bilémque deducit, ſed ſegniter: utiliſſimum eſt hepati, lieni, pulmonibus, anhelatoribus, acidum ructantibus, & his qui articulorum morbo, & capitis gravedine vexantur: convenit etiam ſingultibus, morbo caduco, & mulierum doloribus: pondus eſt ſiciliquum ex mulſo aut poſca.

Euphorbium aquoſos humores, bilioſóſque detrahit. * R. C. F

ΡΟΥΦΟΥ ΕΦΕΣΙΟΥ

ΠΕΡΙ

ΟΝΟΜΑΣΙΑΣ

ΤΩΝ τοῦ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΜΟΡΙΩΝ.

RUFFI EPHESII

DE

CORPORIS HUMANI PARTIUM

APPELLATIONIBUS

LIBER I.

ΡΟΥΦΟΥ ΕΦΕΣΙΟΥ

ΠΕΡΙ

ΟΝΟΜΑΣΙΑΣ

ΤΩΝ τοῦ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΜΟΡΙΩΝ.

Τί πρῶτον ἔμαθες ἐν κιθαριστικῇ; κρούειν ἑκάστην τῶν χορδῶν καὶ ὀνομάζειν. τί δὲ πρῶτον ἔμαθες ἐν γραμματικῇ; γνωρίζειν ἕκαστον τῶν γραμμάτων, καὶ ὀνομάζειν. οὐκοῦν καὶ τὰς ἄλλας τέχνας ὡσαύτως ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἄρχονται διδάσκειν· καὶ ὁ χαλκεύς, καὶ ὁ σκυτοτόμος, καὶ ὁ τέκτων, πρῶτον τὸ σιδήρου ὄνομα, καὶ σκάλης, καὶ ἀτινοσοῦν ἄλλο τῶν πραγμάτων πρὸς τὴν τέχνην· καὶ ὅσαι σεμνότεραι, οὐχὶ καὶ ταύτας ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ὡσαύτως ἄρχονται διδάσκειν; τί γὰρ πρῶτον ἔμαθες ἐν γεωμετρίᾳ;

RUFFI EPHESII
DE
CORPORIS HUMANI PARTIUM
APPELLATIONIBUS
LIBER I.

QUid in arte citharæ pulſatoria primum didiciſti? Singulas fides pulſare, credo, atque nominare. Quid in grammatica primum percepiſti? Unumquodque elementum cognoſcere ac nominare. Igitur & alias artes à nominibus docere incipiunt: & ferrarius faber, & alutarius cerdo, & carpentarius inprimis ferri nomen, & inſtrumenti, & aliorum omnium ad artem facientium nomina tradunt. Quin etiam graviores artes nonne & ipſe à nominibus pari ratione docendi exordium capiunt? Quid enim primum in geo-

metriâ accepiſti? Punctum ſanè, & lineam, & planum, & ſuperficiem, & figuram triangulam, & circulum, aliáque id genus, quidnam ſunt dignoſcere, rectéque appellare. Visne igitur & medicinalem facultatem à nominibus exorſus perdiſcere? ac primum omnium, ut ſingulas corporis partes appellare conveniat, deinde & reliqua quemadmodum ſermonis proceſſus, connexióque requiret agnoſcere? Aut tibi ſatis eſſe videtur, me ceu mutum quæcunque doceri poſtulas, tibi oſtendentem explicare? Mihi verò id non melius eſſe, téque ipſum hoc pacto diſcere, & alterum docere, haud facile eſſe videtur. Atque de his quidem ſic mea fert opinio. Cæterum audiens, & in puerum hunc reſpiciens, memoriæ, quæ ſenſui patent, commendato. Ante omnia ut interiora appellanda ſint, animal quodpiam homini quàm ſimillimum diſſecantes, inſtruere te conabimur. Nihil enim impediet, tametſi non omnia omnibus ſimilia ſint, quominus ſummam ſaltem cujuſque doceamus. Verùm priſcis temporibus in humanis corporibus hujuſmodi generoſius oſtendebant.

Maximæ corporis partes hæ ſunt: caput, collum, thorax, manus, & crura. Thoracem autem non ſolum eam partem, quæ à jugulis ad præcordia uſque pertinet, appellamus: verùm etiam totum illud, quod intra jugula pudendáque concluditur.

Caput vocatur, quod pilis contegitur, ſeparatim, & ſimul cum facie: capillati autem prior pars ſynciput, averſa verò occiput nominatur: partes à late-

μετρίᾳ; στιγμὴ, καὶ γραμμὴ, καὶ ἐπίπεδον, καὶ ἐπιφάνειαν, καὶ σχῆμα τρίγωνον, καὶ κύκλον, καὶ τὰ ὅμοια, εἰδέναι τὲ ὅ, τι ἕκαστον αὐτῶν, καὶ ὀνομάζειν ὀρθῶς. βάλει οὖν καὶ τὰ ἰατρικὰ καὶ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἀρξάμενος μανθάνειν; καὶ πρῶτον μὲν ὅ, τι χρὴ καλεῖν ἕκαστον τοῦ σώματος μόριον, ἔπειτα τὰ ἄλλα ὡς ἂν ἔπηται τῷ λόγῳ; ἢ δοκεῖ σοι ἱκανὸν εἶναι δάκτυλα δηλοῦν ὥσπερ κωφὸν ὅ, τι χρήζεις διδάξαι; ἐμοὶ μὲν οὐ δοκεῖ ἐκεῖνο ἄμεινον. οὐκ ἄμαθὲς δὲ καὶ ῥᾷστον ὅτως καὶ μανθάνειν αὐτὸν, καὶ ἕτερον διδάσκειν. καὶ τοῦτο μοι δοκεῖ οὕτως. Ἀκούων δὴ καὶ ἀποβλέπων εἰς τὸν παῖδα τοῦτον Διαμνημονεύσεις τὰ ἐπιφανῆ· πρῶτον ὡς χρὴ καλεῖν τὰ ἔνδον, ζῷόν τι, ὃ μάλιστα ἀνθρώπῳ ἔοικε, διελόντες, διδάσκειν σὲ πειρασόμεθα. οὐδὲν γὰρ ἐμποδὼν, εἰ μὴ καὶ πάντά πασιν ἔοικε, τὸ γοῦν κεφάλαιον ἑκάστου διδάξαι. πάλαι δὲ γενναιότερον ἐπὶ ἀνθρώπων ἐδίδασκον τὰ τοιαῦτα.

Εἰσὶ δὲ τὰ μέγιστα μέρη τοῦ σώματος, κεφαλὴ, καὶ αὐχὴν, καὶ θώραξ, καὶ χεῖρες, καὶ σκέλη. θώρακα γὰρ οὐ μόνον τὰ ἀπὸ τῶν κλειδῶν μέχρι τῶν ὑποχονδρίων καλοῦμεν, ἀλλὰ καὶ τὸ σύμπαν ἀπὸ κλειδῶν μέχρι τῶν αἰδοίων.

Κεφαλὴ δὲ καὶ τὸ τετμημένον καλεῖται καθ' ἑαυτὸ, καὶ σὺν τῷ προσώπῳ. τοῦ δὲ τετμημένου τὸ μὲν ἔμπροσθεν, βρέγμα· τὸ δὲ ὄπισθεν, ἰνίον· τὰ δὲ ἑκατέρωθεν τοῦ βρέγματος,

ματος, κόρσαι καὶ κρόταφοι· τὸ δὲ ἐν μέσῳ καθ' ὃ δὴ μάλιστα εἱλοῦνται αἱ τρίχες, κορυφή· τὸ δὲ ὑπὸ τῷ βρέγματι μέτωπον· αἱ δὲ περὶ τὰς κροτάφους τῶν τριχῶν ἀκμάσεις, οὖλοι· καῖται δὲ αἱ ὄπισθεν τοῦ ἰνίου ἀφειμέναι τρίχες· αἱ δὲ ἔχονται τῶν μετώπου ῥυτίδες, ὀπισκύνιον, ὅπερ ἐπάγομεν τοῖς ὀφθαλμοῖς ὡς πρὸς ἑαυτὰς φροντίζωμέν τι ἢ αἰδώμεθα. ἄλλοι δὲ τὸ ὑπὸ τὰς ὀφρύας σαρκῶδες, ὀπισκύνιον ὀνομάζουσι. ὀφρύες δὲ τὰ τετριχωμένα τοῦ μετώπου πέρατα, ὧν τὸ μεταξὺ μεσόφρυον· ὑπὸ δὲ ταῖς ὀφρύσι, βλέφαρα, τὸ μὲν ἄνωθεν, τὸ δὲ κάτωθεν· τούτων δὲ αἱ μὲν ἀκμαὶ τρίχες, ταρσοί, καὶ βλεφαρίδες· τὰ δὲ ψαύοντα ἀλλήλων πέρατα ἐν τῷ καθεύδειν ἡμᾶς, σφάραι, καὶ χηλαί. τοῦ δὲ ἄνω βλεφάρου τὸ ὀπιπολῆς, κοῖλον· τὸ δὲ ἀναλογοῦν τούτῳ τὸ κάτω, ὑπόκοιλον, ὃ δὴ καὶ ἀνοιδίσκει ἐν τε ὑδέροις, καὶ ἄλλως πονηρᾶς γιγνομένης τῆς ἕξεως, ὀπί τε χρονίοις αἱμορροΐσι, καὶ ὀπὶ γυναικὸς χρονίῳ ἰσχῶρι, ποτὲ δὲ καὶ ὀφθαλμίαις ἀρχομέναις. καὶ δοκοῦσιν αἱ τοιαῦται ὀφθαλμίαι εὐήθεις εἶναι, διὰ τοῦτο καὶ κοιλοιδιᾶν τὸ πάθημα ἐνομάζεται, ὅτι τῶν κοίλων οἴδημά ἐστι· τὰ δὲ κοῖλα πέρατα τοῦ τε ἄνω, καὶ τοῦ κάτω βλεφάρου, κανθοί, ὁ μὲν μείζων, ὁ πρὸς τῇ ῥινί· ὁ δὲ ἐλάττων, ὁ πρὸς τῷ κροτάφῳ.

ribus ſyncipitis poſitæ tempora dicuntur, græcè corſæ & crotaphi : quod autem in medio capite eſt, ubi maximè capilli involvuntur, verticem vocamus : partem ſub ſyncipite, frontem : juxta tempora pilorum exortus *juli* græcè, latinè lanugo dicuntur : occipitis autem capilli promiſſi crines vocitantur : ultimas frontis rugas Græci epiſcenium vocant, noſtri ſupratentorium dixerint, quod oculis attrahimus, quando nobiſcum aliquid altiùs cogitamus, aut veremur : alii verò partem ſub ſuperciliis carnoſam, epiſcenium vocaverunt. At ſupercilia hirſutæ frontis extremitates ſunt : quorum interſtitium meſophryon græcè, *latinè glabella, quòd glabrum ſit*, dicitur : ſub ſuperciliis palpebræ, *quas etiam genas vocant*, altera ſupra, altera infra ſitæ ſunt : ab iis prodeuntes pili græcè tarſi & blepharides, latinè cilia nominantur : harum extrema, cùm nos dormimus, ſeſe contingentia, coronæ & chelæ, hoc eſt, ungulæ dicuntur : ſuperioris palpebræ ſuperficiei, quod ſuperimpendet, cavum : illi autem reſpondens inferius, ſubcavum vocant. Id ſanè & in aquâ inter cutem, & alioqui in pravo corporis habitu, & in longinquo hæmorrhoidum effluvio, & antiquâ mulierum menſtruâ purgatione, nonnunquam etiam inchoantibus lippitudinibus intumeſcere conſuevit. Hujuſmodi verò lippitudines mitiores eſſe videntur : propterea & id genus affectus, quoniam cavæ partis tumor eſt, græcè κοιλοιδιᾶν dicitur. At cavæ ſuperioris inferioríſque palpebræ extremitates à Græcis canthi, à noſtris anguli nominantur : alter major ad naſum vergens, minor alter tempori propinquus.

Ocu-

Oculi verò, quod in medio aſpicitur, viſio & pupilla nuncupatur : glenam etiam ſimulacrum in pupilla apparens vocant. Quod autem inter pupillam atque album continuum interjacet, iris eſt : ſic utique, quòd colore evariet, nominatur : nam modò nigrum, modò igneum, modò ceſium, modò ſplendidum id eſſe conſpicimus. Corona nigrum ambit, & ab albo diſtinguit, quæ circulus & copula oculi tunicarum eſt. Earum ſanè prima duabus naturis prædita duo quoque nomina gerit : cornicularis quidem in medio, & uſque ad iridem : hæc enim ejus particula expolitis cornibus aſſimulatur : candida verò eſt altera pars omnis, qualis & aſpicitur : nihil mediæ neque naturâ, neque colore ſimilis ; ipſi autem vocata epidermis ſuperincumbit : quâ in juvenibus & ſenioribus, & in affectu, qui chemoſis græcè, unguis latinè dicitur, abſcedente atque elata, ruffum ſive igneum cernitur. Aliæ tunicæ, qua ſint nomenclatura præditæ, paulò inferiùs in animalis diſſectione explicabitur.

Sub oculis inſurgentia oſſa, ſubocularia, nonnulli alii hypopia nominant. A ſuperciliorum medio interſtitio, *quod glabellam vocari diximus*, deorſum verſus naſus protenditur : cujus foramina rhothones, & nares, atticè quoque myxæ appellantur : ſed Hippocrates pituitoſum excrementum per ipſas deſtillans, mixam, Latini mucorem vocant, Athenienſes verò coryzam : cartilagineum illud, quod foramina diſtinguit, naſi interſeptum eſt : partes oſſeæ, quæ utrinque ad malas vergunt, naſi dorſum ; extrema verò hinc atque inde hujuſce oſſei faſtigii pinnæ vocatæ ſunt : iſtæ in vehementiori ſpiritus difficultate, & alioqui cùm voluerimus

Οφθαλμοῦ δὲ, τὸ μὲν ἐν μέσῳ βλεπόμενον, ὄψις καὶ κόρη· καὶ Γλήνιον τὸ εἴδωλον τὸ ἐν τῇ ὄψῃ φαινόμενον καλοῦσι· τὸ δὲ σωεχὲς τῇ ὄψῃ μέχρι τοῦ λευκοῦ, ἶρις· τοῦτο ἢ ὡς ἔχει χρώματος, μέλαν, ἢ πυῤῥὸν, ἢ γλαυκὸν, ἢ χαροπὸν ὀνομάζουσι. περιθεῖ δὲ σεφάνη τὸ μέλαν, καὶ ἀποκρίνει τοῦ λευκοῦ· κύκλος ἢ ἡ σεφάνη καὶ σιώδεσμος τῶν χιτώνων τοῦ ὀφθαλμοῦ. ὧν δὴ ὁ πρῶτος δύο ἔχων φύσεις, δύο ὀνόματα ἔχει, κερατοειδὴς μὲν κατὰ τὸ μέσον καὶ μέχρι τῆς ἴριδος· τοῦτο γὰρ καὶ ἔοικεν αὐτοῦ τοῖς ξυομένοις κέρασι· λευκὸς δὲ τὸ ἄλλο μέρος πᾶν, ὅσος περ καὶ βλέπεται, οὐδὲν ἐοικὼς τῷ μέσῳ, οὔτε τινὶ φύσιν, οὔτε τινὶ χροιάν. ὑπίκειται δὲ αὐτῷ ἄνωθεν ἡ καλουμένη ὑπιδερμὶς, ἥτις καὶ ἐν νέοις, καὶ ἐν πρεσβύταις, καὶ ἐν τῷ παθήματι τῇ κημώσει ἀφεσαμένη τε καὶ ἐπαίρουσα τὸ πυῤῥὸν ὁρᾶται· τοὺς δὲ ἄλλους χιτῶνας ὅπερ χρὴ ὀνομάζειν, εἰρήσεται ὀλίγον ὕστερον ἐν τῇ διαιρέσει τοῦ ζώου.

Τὰ δὲ ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπανεσηκότα ὀσᾶ ὑποφθάλμια, οἱ δὲ ὑπώπια καλοῦσιν. Ἀπὸ δὲ τοῦ μεσοφρύου τέταται ἡ ῥὶς· ταύτης δὲ τὰ μὲν τρήματα ῥώθωνες, καὶ μυκτῆρες, ἀθηναῖοι δὲ καὶ μύξας ὀνομάζουσιν. Ἱπποκράτης δὲ τὸ φλεγματῶδες ἰὸν δι' αὐτῶν ἐκκρῖμα μύξαν καλεῖ· ἀθηναῖοι δὲ τὸ περίσωμα τοῦτο κόρυζαν καλοῦσι· τὸ δὲ μεταξὺ τῶν τρημάτων χονδρῶδες, ῥινὸς διάφραγμα. τὰ δὲ ἑκατέρωθεν ἐπὶ τὰ μῆλα νεύοντα ὀστώδη, ῥινὸς ῥάχις· τὸ δὲ πέρας τοῦ ὀστώδους ὑψώματος τὸ ἔνθεν καὶ ἔνθεν, πτερύγια· ταῦτα δὲ καὶ κινεῖται ἐν ταῖς σφοδραῖς δυσπνοίαις, καὶ ἄλλως

βουληθέντων· τὸ ᾗ πρὸ τῦ διαφράγματος τῆς ῥινὸς σαρκῶδες ὑπὶ τὸ χεῖλος καθῆκον, κίων· τὸ ᾗ ἄκρον τῆς ῥινὸς, ζφαίριον. τὸ ᾗ ὑπὸ τῷ κίονι ἐν τῷ ἄνω χείλει κοῖλον, φίλτρον. τὸ δὲ ὅλον μετ' ῥῖνα τῦ ἄνω χείλους, ὑπορρίνιον. εἶτα χείλη δύο, ὧν τὰ μὲν ἄκρα πρόχειλα· τὸ δὲ σύμβλητον τῶν χειλῶν προσόμιον· τὸ δὲ ὑπὶ τῷ κάτω χείλει κοῖλον, νύμφη· τῶν ᾗ ὤτων ἀκοὴ μὲν, ὁ πόρος δι' οὗ ἀκούομεν· λοβὸς δὲ, τὸ σκιρρεμὲς, ὅπερ καὶ μόνον Αριστοτέλης φησὶ τῦ ὠτὸς ὀνομάζεσθαι, τὰ δὲ ἄλλα ἀνώνυμα εἶναι· οἱ δὲ ἰατροὶ κ) ταῦτα ὠνόμαζαν, περύγιον μὲν τὸ ἀνωτάτω πλατὺ ὑπικλινές. ἕλικα δὲ, τὸ ἐντεῦθεν συμπληροῦν τὴν περιφέρειαν τῶν ὤτων· ἀνθέλικα δὲ τὸ ἐν μέσῳ ὑπεραῖρον τὴν κοιλότητα· κόγχην δὲ τὸ ἀπὸ τῆς ἀνθέλικος κοῖλον· τὸ δὲ ἀπεναντίον τῆς κόγχης ἔξαρμα, τραγὸς τὸ τέρας τῦ κροτάφου, τράγον· τὸ δὲ τῆς ἕλικος τέλος τὸ ὑπόβραχυ, ἀντιλοβίδα.

Πρόσωπον δὲ ὠνόμασαι πᾶν τὸ ἔμπροσθεν τ κεφαλῆς· μῆλα δὲ τὰ ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐξάρματα τῦ προσώπου, ἃ δή κ) αἰδουμένων ἡμῶν ἐρυθραίνεται. ἀπὸ δὲ τῶν μήλων αἱ παρειαὶ, καλοῦνται κ) σιαγόνες, κ) γνάθοι, κ) προσέτι γε ἡ μὲν κάτω, ἡ δὲ ἄνω· κ) τὸ ἄποξυ τῆς κάτω γνάθου, γήνιον κ) ἀνθερεών. τὸ δὲ ὑπὸ τὴν κάτω γνάθον σαρκῶδες, λύκανίαν· οἱ δὲ ἀνθερεῶνα μὲν τῦτο, λύκανίαν δὲ τὸ πρὸς τῇ κλειδὶ κοῖλον ὀνομάζουσι· τῦ δὲ πώγωνος,

mus,agitantur: carneum autem illud ante naſi ſeptum in labia deſcendens columna; naſi extremitas, globulús appellatur: at ſub columna in ſuperiori labro cavitas philtrum græcè vocata eſt, *quaſi amatorium, ſive amabile dixeris:* ſed totum ſub naſo ſuperioris labii hyporrhinion *Græcis* eſt: *Latino vocabulo caret:* deinde labia duo, quorum extrema *græcè* prochila, *latiné* prolabia dici poſſunt: quâ parte autem committuntur, proſtomion vocant: inferioris labii cavitatem, nympham. Aurium foramen, per quod voces exaudimus, auditum appellârunt, partem pendulam *Latini* fibram, *Græci* lobon vocant: quam etiam ſolam auris particulam nomen habere, cæteras verò nomine carere dixit Ariſtoteles: cæterum medici illis quoque nomina impoſuere, pinnam quidem ſupremam partem latam atque declivem appellaverunt: helicem totum illud, quod deinde aurium extremam oram ambit: anthelicem id, quod in medio cavitatem extollit: concham poſt anthelicem cavum: oppoſitam verò conchæ eminentiam juxta temporis fines tragum, *latinè* hircum dixeris: helicis finem, qui ſubbrevis eſt, antilobida vocant.

Tota capitis prior pars facies dicitur. Malæ ſub oculis faciei eminentiæ ſunt ubi pudoris ſedes eſt: maximéque ibi rubor oſtenditur: poſt malas autem maxillæ habentur: quarum altera ſuperior, altera inferior eſt, inferioríſque maxillæ acies mentum eſt: ſub eâdem inferiore maxillâ carnoſa pars leucania *græcè* dicitur: ſed nonnulli hanc quidem carnoſam partem mentum, leucaniam verò cavum jugulo proximum appellaverunt. Barbæ prima ſub

βουληθέντων· τὸ ᾗ πρὸ τοῦ διαφράγματος τῆς ῥινὸς σαρκώδες ἐπὶ τὸ χεῖλος καθῆκον, κίων· τὸ ᾗ ἄκρον τῆς ῥινὸς, ζφαίριον. τὸ ᾗ ὑπὸ τῷ κίονι ἐν τῷ ἄνω χείλει κοῖλον, φίλτρον. τὸ δὲ ὅλον μεταξὺ τῆς ῥίνα τοῦ ἄνω χείλους, ὑπορρίνιον. εἶτα χείλη δύο, ὧν τὰ μὲν ἄκρα πρόχειλα· τὸ δὲ σύμβλητον τῶν χειλῶν προσόμιον· τὸ δὲ ἐπὶ τῷ κάτω χείλει κοῖλον, νύμφη· τῶν ᾗ ὤτων ἀκοὴ μὲν, ὁ πόρος δι' οὗ ἀκούομεν· λοβὸς δὲ, τὸ σκιρρεμὲς, ὅπερ καὶ μόνον Αριστοτέλης φησὶ τοῦ ὠτὸς ὀνομάζεσθαι, τὰ δὲ ἄλλα ἀνώνυμα εἶναι· οἱ δὲ ἰατροὶ κ᾽ ταῦτα ὠνόμαζαν, περύγιον μὲν τὸ ἀνωτάτω πλατὺ ἐπικλινές. ἕλικα δὲ, τὸ ἐντεῦθεν συμπληροῦν τὴν περιφέρειαν τῶν ὤτων· ἀνθέλικα δὲ τὸ ἐν μέσῳ ὑπεραῖρον τὴν κοιλότητα· κόγχην δὲ τὸ ἀπὸ τῆς ἀνθέλικος κοῖλον· τὸ δὲ ἀπεναντίον τῆς κόγχης ἔξαρμα, τραγὸς τὸ περας τοῦ κροτάφου, τράγον· τὸ δὲ τῆς ἕλικος τέλος τὸ ὑπόβραχυ, ἀντιλοβίδα.

Πρόσωπον δὲ ὠνόμασαι πᾶν τὸ ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς· μῆλα δὲ τὰ ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐξάρματα τοῦ προσώπου, ἃ δή κ᾽ αἰδουμένων ἡμῶν ἐρυθραίνεται. ἀπὸ δὲ τῶν μήλων αἱ παρειαὶ, καλοῦνται κ᾽ σιαγόνες, κ᾽ γνάθοι, κ᾽ προσέτι γε ἡ μὲν κάτω, ἡ δὲ ἄνω· κ᾽ τὸ ἄποξυ τῆς κάτω γνάθου, γήνιον κ᾽ ἀνθερεών. τὸ δὲ ὑπὸ τὴν κάτω γνάθον σαρκῶδες, λαγανίαν· οἱ δὲ ἀνθερεῶνα μὲν τοῦτο, λαγανίαν δὲ τὸ πρὸς τῇ κλειδὶ κοῖλον ὀνομάζουσι· τοῦ δὲ πώγωνος,

mus,agitantur: carneum autem illud ante naſi ſeptum in labia deſcendens columna; naſi extremitas, globulús appellatur: at ſub columna in ſuperiori labro cavitas philtrum græcè vocata eſt, *quaſi amatorium, ſive amabile dixeris:* ſed totum ſub naſo ſuperioris labii hyporrhinion *Græcis* eſt: *Latino vocabulo caret:* deinde labia duo, quorum extrema *græcè* prochila, *latiné* prolabia dici poſſunt: quâ parte autem committuntur, proſtomion vocant: inferioris labii cavitatem, nympham. Aurium foramen, per quod voces exaudimus, auditum appellârunt, partem pendulam *Latini* fibram, *Græci* lobon vocant: quam etiam ſolam auris particulam nomen habere, cæteras verò nomine carere dixit Ariſtoteles: cæterum medici illis quoque nomina impoſuere, pinnam quidem ſupremam partem latam atque declivem appellaverunt: helicem totum illud, quod deinde aurium extremam oram ambit: anthelicem id, quod in medio cavitatem extollit: concham poſt anthelicem cavum: oppoſitam verò conchæ eminentiam juxta temporis fines tragum, *latinè* hircum dixeris: helicis finem, qui ſubbrevis eſt, antilobida vocant.

Tota capitis prior pars facies dicitur. Malæ ſub oculis faciei eminentiæ ſunt ubi pudoris ſedes eſt: maximéque ibi rubor oſtenditur: poſt malas autem maxillæ habentur: quarum altera ſuperior, altera inferior eſt, inferioríſque maxillæ acies mentum eſt: ſub eâdem inferiore maxillâ carnoſa pars leucania *græcè* dicitur: ſed nonnulli hanc quidem carnoſam partem mentum, leucaniam verò cavum jugulo proximum appellaverunt. Barbæ prima ſub

temporibus germinatio iulus *à Græcis, à noſtris* lanugo dicta eſt: primus ejus in ſuperiori labro exortus *græcè* propogonium, *latinè* probarbium: ſi fingere liceat, dicito qui pili poſtea adaucti myſtaces appellantur: ſed in ſummo mento pili, pappus, ſub mento autem hypena *Græcis vocibus* dicuntur: *latina nomina deficiunt.*

Prima labiorum diviſura, & interior uſque ad fauces inanitas os eſt: in ore autem alia ſunt, & dentes, quos nonnulli cranteras appellant: horum primores quatuor inciſores, caninos autem ſequentes utrinque ſingulos: molares verò, & maxillares poſt caninos utraque ex parte quinos vocare conſuevimus: ſophroniſteras, hoc eſt, moderatores, horum intimos atque ultimos *Græci* vocant: quòd eo tempore, quo moderatos temperantéſque eſſe oportet, oriri incipiunt. Ab utrâque parte unus eſt, genuinos *Latini* appellant: totidem & ſuperioris maxillæ, eadémque nomina ſortiti ſunt dentes. Maxillarum colligatio habena, menſæ ſummitates latæ molarium, mortariola & maxillarum cavitates, in quibus dentes defixi ſunt, appellantur. Gingivæ circa radices dentium carunculæ ſunt. Linguæ radix, unde ipſa exoritur, nominatur: pars ejus muſculoſa ore contenta lingua eſt: cervix, quæ ſequitur; paraſyra autem, quæ ab utroque linguæ latere ſunt, *Græci* nominant: hypogloſſida partem linguæ inferiorem, epigloſſida verò, quod intimum eſt gutturi operculum quoddam impoſitum: ne cùm devoramus, quippiam in pulmones irruat: ſed, cùm ſpiritus ducitur, ne tranſeuntem aerem impediat, ſublimis attollitur. Cœlum verò, & palatum con-

ἡ μὲν πρὸς τοῖς κροτάφοις πρώτη βλάσησις, ἴουλος· ἡ δὲ πρὸς τῷ ἄνω χείλει πρώτη βλάστη, προπωγώνιον· αὐξηθεῖσαι δὲ αὗται αἱ τρίχες, μύσακες· αἱ δ' ἐπ' ἄκρον τὸ γενείου, πάππος· αἱ δὲ κάτω τῆς γένυος, ὑπήνη.

Στόμα δὲ καὶ ἡ πρώτη τομὴ τῶν χειλέων, καὶ ἡ ἐφεξῆς βρυχωρία μέχρι τῆς φάρυγγος· ἐν δὲ τῷ στόματι ἄλλα τέ ἐστι, καὶ οἱ ὀδόντες· ἔνιοι δὲ κραντῆρας ὀνομάζουσι. τούτων δὲ τομεῖς μὲν τοὺς ἔμπροσθεν τέσσαρας, κυνοδόντας δὲ τοὺς ἐφεξῆς, ἕνα ἑκατέρωθεν· μύλους δὲ καὶ γομφίους τοὺς μετὰ τοὺς κυνοδόντας, πέντε ἑκατέρωθεν. ζωφρονιστῆρας δὲ, τοὺς ἐσωτάτω καὶ ἐσχάτους, ἡνίκα ἂν δεῖ ζωφρονεῖν ἄρχωνται, φυομένους ἕνα ἑκατέρωθεν. τοσοῦτοι μὲν οἱ τῆς ἄνω γνάθου, καὶ ὡσαύτως ὠνομασμένοι. ἡ δὲ σιαγὼν τῶν γνάθων, χαλινός. τράπεζα δὲ τὰ πλατέα τῶν γομφίων· ὀλμίσκοι δὲ καὶ αἱ τῶν γνάθων κοιλότητες, εἰς ἃς ἐμπεπήγασιν οἱ ὀδόντες· ὕλα δὲ αἱ περὶ τὰς ῥίζας σάρκες· τῆς δὲ γλώττης, ῥίζα μὲν, ὅθεν ἐκπέφυκε· τὰ δὲ ἐν τῷ στόματι μυῶδες γλῶσσα καλεῖται· αὐχὴν ἢ τὸ ἐφεξῆς. παραγλωττίδες δὲ τὰ ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῆς γλώσσης. ὑπογλωττὶς ἡ, τὸ κάτωθεν. ἐπιγλωττὶς ἡ τὸ ἔνδον ὑπὲρ τὴν βρόγχου πῶμά τι γινόμενον, ὅταν καταπίνωμεν, τὴν μηδὲν εἰς τὸν πλεύμονα ἐμπίπτειν· ἀναπνεύστων ἢ μελέωρόν ἐστιν, ὡς μὴ κωλύῃ τὸ ἀναπνεῖν. φάρυγξ ἡ καὶ ὑπερῷα τὸ περιφερὲς τῆς ἄνω γνά-

γνάθου. κίων ὁ ϗ γὰρ γαρεὼν ἡ ἐϗ τ ὑπερῴας πρόσφυσις. Αριστοτέλης ὁ ταφυλοφόρον αὐτὸ καλεῖ, ὅτι φλεγμήνατ@ ταφυλῇ τι ὅμοιον ἐξ αὐλῶ κρεμάννυται. ταφυλεὶ γὰρ, ὰ τὸ μόριον, ἀλλὰ τὸ πάθημα χρὴ ὀνομάζειν. φάρυγξ ὁ ἡ φαρύγεθρον, ἡ πρὸς τῇ καλαπόσῃ πᾶσα ἀρυχωρία· ταῦτα ἄρα ϗ Ομηρ@ ἐποίησε.

φάρυγ@ δ' ἐξέταμο οἶν@ Ψωμοίτ' ἀνδρόμεοι.

Ου γὰρ δὴ ἐϗ τῶ βρόγχα ϗ τῶ πνεύμον@ ἐπανήμῃ ὁ κύκλωψ τὸ σιτίον ϗ πόμα· τῦτο γὰρ δεινῶς ἀμαθὲς ϗ ἀνόητον. ταρίθμια ὁ ϗ ἀνατιάδες ϗ μῆλα, τὰ ἐκαλέρωθεν τῶ φαρυγέθρα σαρκώδη ϗ ἀδενοειδῆ. τέταρες ὁ εἰσιν αἱ ἀνατιάδες, αἱ μὲν ἔνθεν ϗ ἔνθεν, ἄκρον τῶ βρόγχα· αἱ ὁ ἐφεξῆς ϗ καλωτέρω.

Μετὰ ὁ τ κεφαλεὼ, τραχηλ@. τὸ ὁ αὐτὸ ϗ δειρὴ ϗ αὐχεύ· ὑποδειρὶς ὁ τὸ ἐϗ τ πρόσθεν τελευταῖον τ δειρῆς. τραχήλα ὁ τὸ μὲν ἔμπροσθεν, βρόγχ@ ϗ τραχεῖα ἀρτηρία, δι' ἧ ἀναπνέομεν, ϗ ἡ ὑπεροχὴ τῶ βρόγχα λάρυγξ· τὸ ὁ ὄπισθεν αὐλῶ, τένοντες· τὸ ὁ πρὸς ταῖς κλεισὶ κοῖλον, Ομηρ@ μὲν καλεῖ λαυκανίεα, οἱ ὁ ἰατροὶ ἀνατιχάρδιον ϗ σφαγεύ· τὰ ὁ ἀπὸ τ τενόντων ὑπὲ τοὺς ὤμυς καθήκοντα, ἐπωμίδες. ὦμ@ ὁ, ἡ κεφαλὴ τῶ βραχίον@, ἡ πρὸς τ ὠμοπλάτῃ ϗ τὸ σύμπαν ἄρθρον· κοτύλη ὁ ὦμυ τὸ κοῖλον τ ὠμοπλάτης. ὠμοπλάται ὁ τὰ ἐγκείμενα τῷ νώτῳ πλατέα ὀστέα, ὧν αἱ ἀπὸ μέσου ὑπεροχαὶ ῥάχις ὠμοπλατῶν· ἀκρώ-

concava eſt ſuperioris maxillæ pars. Columna & gurgulio quidam ex palato proceſſus, quem Ariſtoteles uviferum nominavit: quoniam ea parte inflammata uvæ quiddam ſimile pendere videtur. Uvam enim non partem, ſed affectum nominari oportet. Fauces omnis ea capacitas quam inter devorandum dilatamus, vocata eſt: propterea & Homerus dixit,

Faucibus erupit vinúmque humanáque membra.

Neque enim ex arteria aſpera, & pulmone cibum potúmque Cyclops evomuit; id enim mirum in modum rude, fatuúmque fuiſſet. Pariſthmia dicuntur, & antiades, & mala, *latinè* tonſillæ, carnoſæ quædam glanduloſæque partes utrinque à lateribus faucium poſitæ. Hæ numero quatuor ſunt, duæ in ſummo gutture utrinque, reliquæ inferius locatæ.

Infra caput eſt collum, quod & cervicem vocant. Hypodiris *græco vocabulo* eſt in priori parte colli poſtremum: in priori item colli parte bronchus eſt, & aſpera arteria, per quam ſpiritus ducitur. Bronchi ſummitas guttur eſt: at poſteriore colli parte tendones ſunt; jugulis proximum cavum Homerus leucaniam vocavit: ſed medici anticardion, quaſi cordi oppoſitum, & jugulationem appellant. Quæ autem à tendonibus ad humeros pertinent, epomidas vocant. Humerus verò brachii caput eſt, quod lato ſcapularum oſſi inſeritur, & cum toto etiam articulo copulatur. At humeri acetabulum eſt lati ſcapularum oſſis cavitas. Lata ſcapularum oſſa *à Græcis* omoplatæ vocata ea ſunt, quæ tergo incumbunt: quorum intermediæ eminentiæ ipſorum

ipſorum dorſum dicitur. Acromion juguli, ſcapularúmque oſſis copula eſt. Eudemus verò oſſiculum perexiguum eſſe dixit acromion. Claves, quæ & ligula dicuntur ſub imo collo oſſa ſunt cum pectoris oſſe commiſſa, humeros ſcapuláſque, ne in pectus cadant, ut aliis contingit animalibus, prohibentia; nam cætera animalia jugulis privata ſunt: quocirca & latiſſimi pectoris homo eſt.

Ala ſub humeri articulo cavitas eſt, in quam ſæpe humerus luxatione delabitur. Malam verò appellare haud Græci ſermonis eſt; aliquid autem ſub ala celantem ferre, ſub mala habere dicunt. Humerus illud etiam *à Latinis* dicitur, quod exit ab humero, *ſed à Græcis* brachium. Hujus apud humerum rotunditas caput humeri eſt. Interior juxta cubitum exceſſus, quem nonnullos imperitè proceſſum autumare dixit Hippocrates, & ipſe alterum humeri caput eſt: poſt humerum totus articulus, acutúmque illud, cui reclinati incumbimus, ancon à quibuſdam, ab aliis olecranon vocatur. Dores autem Siciliam incolentes, cubitum, *ut nunc apud Latinos in uſu eſt*, appellant. Quin Epicharmus cubito ferire κυβιſίζειν, hoc eſt cubitiſſare, *verbum è verbo transferendo*, appellat; oſſium verò brachii quod ſubjicitur cubitus, ſupra poſitum radius eſt; hæc ad brachiale protenduntur: poſt quod lata pars & compacta, palma *latinè*, *græcè* metacarpion, tarſúſque nominatur: ſequuntur digiti. Manus totum illud eſt quod ab humero pendet, & extremum quo apprehendimus. Ex digitis magnus polléxque eſt ab aliis ſummotus: alter index inter quatuor primus; tertius medius voca-

ἀκρώμιον ἢ ὁ σιώδεσμος τ̃ κλειδὸς κ̀ τ̃ ὠμοπλάτης. Εὔδημος ἢ ὀσάριον εἶναί φησι μικρὸν τὸ ἀκρώμιον. κλεῖδες ἢ τὰ ὑπὸ τῷ τραχήλῳ ὀστᾶ. αὗται πρὸς τὸ σῆθος ἠρθρωμέναι εἴργυσι τοὺς ὤμους κ̀ τὰς ὠμοπλάτας μὴ συμπατάσσειν, ὥσπερ τοῖς ἄλλοις ζώοις. ἐκεῖνα γὰρ κλεῖδας οὐκ ἔχ. Διὸ τοῦτο κ̀ ἄνθρωπος πλαυσιερνόταλος.

Μασχάλη δέ ἐστι τὸ ὑπὸ τῷ ὤμῳ κοῖλον, εἰς ὃ τὰ πολλὰ ὀλισθαίν ὁ ὦμος· μάλλω ἢ οὐκ ἑλληνικὸν ὀνομάζειν. τὸ ἢ φέρειν τι κρύπτοντα ἐν τῇ μασχάλῃ, ὑπὸ μάλης ἔχειν λέγεται. βραχίων ἢ τὸ ἐφεξῆς τοῦ ὤμου· τούτου ἢ ἡ μὲν πρὸς τῷ ὤμῳ περιφέρεια, κεφαλὴ βραχίονος, κ̀ ἡ ἔσω ὑπεροχὴ διὸ καὶ τὸν ἀγκῶνα, ὃν δή φησιν Ιπποκράτης ἐνίους ἀμαθῶς νομίζειν ἀπόφυσιν εἶναι τοῦ πήχεως, κ̀ αὐτὴ κεφαλὴ βραχίονος· μᾶλ ἢ τὸν βραχίονα, ἀγκὼν τὸ σύμπαν ἄρθρον, κ̀ τὸ ὀξὺ ἐφ' ὃ κλινόμενοι σημαζόμεθα· οἱ ἢ ὀλέκρανον καλοῦσι· δωρεῖς ἢ οἱ ἐν Σικελίᾳ κύβιτον. Επίχαρμος ἢ κ̀ τὸ παίειν τῷ ἀγκῶνι κυβίζειν ἔλεγε. τῶν ἢ ὀστῶν τοῦ ἀγκῶνος, τὸ μὲν ὑπολεταγμένον, πῆχυς· τὸ ἢ ἀντικείμενον, κερκίς. περαίν ἢ ταῦτα πρὸς τὸν καρπόν. τὸ ἢ ἐφεξῆς τοῦ καρποῦ πλατὺ κ̀ συμφυὲς μελακάρπιον, κ̀ ταρσὸς· εἶτα δάκτυλοι. χεὶρ ἢ τὸ ὅλον ἀπὸ τοῦ ὤμου κ̀ ᾧ χρώμεθα. δακτύλων ἢ ὁ μέν τις μέγας, ἀφεστηκὼς τ̃ ἄλλων· ὁ ἢ λιχανὸς, ὁ πρῶτος

τ τεσσάρων· ὁ ϗ μέσος· ὁ ϗ παραμέσος· ὁ ϗ μικρός. τὰ ϗ ὀσᾶ αὐλῶν, σκυταλίδες ϗ φάλαγγες· τὰ ϗ πρῶτα ἄρθρα πρόκνδυλοι· τὰ ϗ ἐφεξῆς κόνδυλοι, τὰ ϗ τελευταῖα μελακόνδυλοι. αἱ ϗ τ ἐνύχων ἀρχαὶ, ῥιζωνύχια· τὰ ϗ ἔσωθεν πέταλα τ δακτύλων, ῥάγες, ϗ κορυφαί. σῆθος ϗ τὸ ὑπερέχον ἀπὸ τ μεγάλου δακτύλου σαρκῶδες ὑπὸ τὸ κοῖλον τ χειρός. θέναρ ϗ τὸ μεταξὺ διάστημα τ λιχανοῦ ϗ τ μεγάλου δακτύλου σαρκῶδες, ὑφ' ᾧ τὸ κοῖλον τῆς χειρός. ὑποθέναρ ϗ τὸ ὑπὸ τοῖς τέτρασι δακτύλοις. δοκεῖ δέ μοι Ἱπποκράτης πᾶν τὸ παλαιὸν τῆς χειρὸς θέναρ ὀνομάζειν.

Ἀπὸ ϗ τ κλειδῶν σῆθος μὲν τὸ ἔμπροσθεν τὸ μέσον· εἰς ὃ ϗ ἐμβάλλουσιν αἱ πλευραὶ, στέρνον. νῶτον ϗ τὸ ἐξόπισθεν ἀπὸ τ αὐχένος μέχρι τ μεταφρένου· μετάφρενον ϗ τὸ μεταξὺ τ νώτου ϗ ὀσφύος ϗ τ τ νεφρῶν πρόσφυσιν. ὀσφὺς ϗ τὸ τελευταῖον τ ῥάχεως. αἱ ϗ ὑπὸ τῷ σήθει σαρκώδεις ὑπεροχαὶ, μαστοὶ, ϗ τιθοί. μαστοῦ ϗ τὸ μὲν ἄκρον, θηλή· ἡ ϗ πρώτη ἐν τῷ ἡβάσκειν αὔξησις, κύαμος· ὁ ϗ ὅλος ὄγκος, ἄσκωμα· κυρτότερον ϗ ἐν γυναικί. πλευρὸν ϗ καλεῖται πᾶν τὸ ὑπὸ τῇ μασχάλῃ· τὰ ϗ ὀσᾶ, πλευραί· τὰ ϗ μεταξὺ αὐτῶν, μεσοπλεύρια. νόθαι ϗ πλευραὶ, αἱ μὴ περαίνουσαι πρὸς τὸ στέρνον· τὸ ϗ ὑπὸ τῷ σήθει κοῖλον, στόμα κοιλίας· οἱ ϗ πρόκαρδιον, οἱ ϗ καρδίαν ὀνομάζουσι· ϗ τὰς πόνους τοὺς

vocatur, quartus anularis, ultimus parvus. Ipſorum oſſa ſcuticulæ, & phalanges, & internodia: primi articuli procondyli græco vocabulo, (*latino enim carent*) medii condyli: poſtremi, metacondyli. Unguium initia, radices unguium vocantur: internæ digitorum ſummitates, acini & vertices: carnoſa pollicis pars ſub manus cavo inſurgens, ſtethos *græce* nominatur, *quod apud Latinos pectus ſonat:* ſpatium, quod inter indicem, pollicemque intercedit, carnoſúmque eſt, ſub quo manus in cavum ſubſidet, thenar dicunt; hypothenar verò, quod ſub quatuor digitis eſt: ſed omnem manus interiorem latitudinem thenar Hippocrates vocaſſe viſus eſt. *Id apud Latinos vola ſignificat.*

A jugulis pectus in priore parte eſt; medium autem, in quod coſtæ ſubeunt, ſternon vocant *Græci, Latini os pectoris:* ab averſa colli parte ad metaphrenon vocatum uſque tergum eſt. Metaphrenon inter tergum lumbóſque, ubi renes adhæreſcunt, locatum eſt. Lumbi verò dorſi ultima pars ſunt: carneæ in pectore eminentiæ, mammæ, atque ubera vocantur: mammæ extrema pars, papilla: primum verò in pubeſcendo incrementum, faba dicitur, totum autem tumorem Græci aſcoma vocant: *latine utrem, ſive uber dicito*; ſed in mulieribus magis propriè. Latus, illud totum quod ſub ala eſt, appellatur; oſſa verò, coſtæ: inter ipſas ſpatia, intercoſtalia nominantur. Spuriæ coſtæ ſunt, quæ ad pectorale os non perveniunt. Sub pectore cavum, ventriculi os dicitur: quod alii procardion, *quaſi latine præcordium,* nonnulli verò cor appellarunt; doloreſque ibi orientes, cordis mor-

ſus, cordiſque dolores eſſe dixerunt. Spuriarum coſtarum extremitates cartilagines ſunt. Muſculoſæ autem partes ſub cartilaginibus collocatæ, hypochondria *græce: ac ſi dicas ſubcartilaginea, latine præcordia à quibuſdam vocantur.* Alvus ac venter deinceps locatur. Epigaſtrion *græce* ſuper ventrem poſita cutis appellatur. Ejus media cavitas umbilicus eſt, venarum, per quas infans alitur, ſegmentum: umbilici pars media, acromphalon vocatur: cutis umbilicum ambiens, quoniam corrugata ſenectutem ſignificat, vetula appellatur: ſub umbilico abdomen eſt, & aqualiculus: huic continua uſque ad pudenda pars pecten atque pubes dicitur, alii ephebæon vocant.

Genitalium porrò membrorum, quæ in maribus ſunt, propendens particula caulis, ac ſtema eſt: quæ autem non pendet, ſedimentum, collúmque veſicæ: lineam per medium diſcurrentem alii tramida, alii orrhon appellarunt: caulis extremitas glans eſt: cutis eam tegens præputium: præputiíque extremum, ſummum præputii. Cavernula verò, per quam ſemen, urinaque profunditur, urethra urinariúmque iter nominatur. Uretera autem ne dicito: ureteres enim alii ſunt, per quos ſcilicet à renibus in veſicam urina delabitur. Scrotum ea cutis eſt, qua gemini involvuntur. Geminos autem, aut teſtes appellare nihil intereſt. Geminorum quod ſupra eſt, caput, quod infra, fundum vocatur: pars ſcroti laxior Laccopedon à quibuſdam achichadaron, ab Athenienſibus laccoſchea nominatur: inter ſcrotum & ſedimentum, & femur locum plichada vocant. Et tranſire

διαπλήσ-

ἐνταῦθα, καρδιωγμοὺς καὶ καρδιαλγίας. χόνδροι δὲ τὰ πέρατα τῶν πλευρῶν τῶν νόθων· ὑποχόνδρια δὲ τὰ ὑπὸ τοῖς χόνδροις μυώδη. κοιλία δὲ καὶ γαστὴρ, τὰ ἐφεξῆς. ὑπογάστριον δὲ τὸ ὑπὸ τὸ γαστρὸς δέρμα. ὀμφαλὸς δὲ τὸ ἐν μέσῳ κοῖλον, ἡ ἀποτομὴ τῶν φλεβῶν, δι' ὧν τὸ ἔμβρυον τρέφεται· τούτου δὲ τὸ ἐν μέσῳ ἀκρόμφαλον· τὸ δὲ ὑπερκείμενον τῷ ὀμφαλῷ δέρμα, γραῦα, ὅτι ῥυτιδούμενον γήρας σημαίνει. τὸ δὲ ὑποκάτω τοῦ ὀμφαλοῦ, ὑπογάστριον καὶ ἦτρον· τὸ δὲ συνεχὲς τοῦτο μέχρι τῶν αἰδοίων ἐπαίσιον, καὶ ἤβλιν, ἄλλοι δὲ ἐφήβαιον καλοῦσι.

Τῶν δὲ αἰδοίων τὸ μὲν τοῦ ἄρρενος, ἡ μὲν ἀποκρεμὴς φύσις, καυλὸς, καὶ σῆμα· τὸ δὲ μὴ ἀπηρεμὲς, ὑπόσημα, καὶ κύσεως τεράχηλος· καὶ ἡ διὰ μέσου γραμμὴ, τραμὶς, οἱ δὲ ὄρρον ὀνομάζουσι. τὸ δὲ πέρας τοῦ καυλοῦ, βάλανος, καὶ τὸ δέρμα τὸ περὶ αὐτὴν πόθη, καὶ τὸ ἔσχατον τῆς πόθης, ἀκροποθίον. καὶ τὸ κοίλωμα δι' οὗ τὸ σπέρμα, καὶ τὸ οὖρον ἀποκρίνεται, οὐρήθρα, καὶ πόρος ἀρητικός. οὐρητῆρας δὲ καὶ χρὴ καλεῖν. εἰσὶ γὰρ ἀρητῆρες ἄλλοι, δι' ὧν τὸ ἔρον ἀπὸ νεφρῶν εἰς κύστιν ῥεῖ. ἔσχεος δέ ἐστιν ἐν ᾧ οἱ δίδυμοι. διδύμους δὲ ἢ ὄρχεις καλεῖν ἀπὸ τοῦ διαφέρειν· τῶν διδύμων τὸ μὲν ἐπάνω κεφαλὴ, τὸ δὲ κάτω πυθμήν. καὶ τὸ χαλῶμενον τοῦ ὀχέος λακκόπεδον· οἱ δὲ ἀχιχάδαρον, ἢ λακκοχέαν τοῦτον Ἀθηναῖοι καλοῦσι. τὸ δὲ μεταξὺ ὀχέος καὶ ὑποστήματος καὶ μηροῦ, πληχάδα, καὶ τὸ διαβαίνειν διαπλήσ-

πλήσειν, καὶ τὸ περιβάλλω ἀμφιπλήξ. Σοφοκλῆς δὲ καὶ ἐπὶ δρακόντων ἐποίησε,

Θαιρὸν ἀμφιπλῆξ εἰληφότε, ὥσπερ ἂν εἰ ἔφη, περιβεβληκότε τὸν θαιρόν.

Τῆς δὲ γυναικὸς τὸ αἰδοῖον, κλεὶς μὲν τὸ τέλγωνον πέρας τῶν ὑπογάστρου· ἄλλοι δὲ ἐπείσιον καλοῦσι. σχίσμα δὲ ἡ τομὴ τῶν αἰδοίων· τὸ δὲ μυῶδες ἐν μέσῳ σαρκίον, νύμφη, καὶ μύρλον· οἱ δὲ ὑποδερμίδα, οἱ δὲ κλειτορίδα ἐνομάζουσι, καὶ τὸ ἀκολάστως τούτου ἅπτεσθαι κλειτορίζειν λέγουσι· μυρτοχείλας δὲ τὰ ἑκατέρωθεν σαρκώδη· ταῦτα δὲ Εὐρύφων καὶ κρημνοὺς καλεῖ· οἱ δὲ νυμφῶν τὰς μὲν μυρτοχείλας, περυγώματα· τὸ δὲ μύρτον, νύμφιον.

Τῆς δὲ ῥάχεως τὰ ὀστᾶ σφόνδυλοι· Ὅμηρος δὲ καὶ ἀτραγάλους αὐτὰ καλεῖ. καὶ ἡ φύσις τῶν σφονδύλων ἄκανθα· τὸ δὲ τελευταῖον ὀστοῦν τοῦ ὀσφύος, ἱερὸν ὀστοῦν, οἱ δὲ ὑποσφόνδυλον καλοῦσι· τὸ δὲ ἄκρον αὐτοῦ, κόκκυγα.

Τὰ δὲ ὑπὸ ταῖς πλευραῖς μαλακὰ, λαπάρας καὶ νεφρεῶνες· εἶτα λαγόνων ὀστᾶ, καὶ τούτων αἱ κοιλότητες, κοτύλαι. πυγαὶ δὲ τὰ μετὰ τὸ ὀσφυϊκὰ σαρκώδη, καὶ ἐφέδρανα, ἐφ' ὧν καθίζομεν. ἄλλοι δὲ γλουτοὺς καλοῦσι· τὰ δὲ ὑπὸ τοὺς γλουτοὺς, ὑπογλουτίδες.

Βουβῶ-

διαπλήσειν, & id quod eſt circum, amphiplix enunciant. Sophocles verò & in Draconibus hoc verbo utitur, dicens,

Cardinem circum comprehendentem, perinde ac ſi dixiſſet, circumplexum cardinem.

Mulieris autem pudendi quod ſupra eſt, pecten dicimus: id triangulum eſt, & imi ventris terminus; ab aliis epiſion appellatur: pudendi rima ſchiſma *à Græcis* dicitur, *ſciſſuram latine interpretamur:* muſculoſa in medio caruncula nympha & myrton, ab aliquibus hypodermis, ab aliis clitoris nominatur: laſcivéque eam tractare κλιτοριάζειν dicunt. Myrtochilas verò utrinque poſita carnoſa corpora: cæterùm hæc Euripho & cremnos, id eſt rupes vocat. Sed noſtræ ætatis medici myrtochilas pterigomata (*quaſi alas dixeris*) appellant, myrton verò nympham.

Dorſi oſſa vertebræ ſunt, quas etiam Homerus aſtragalos, id eſt, talos vocat: tota autem vertebrarum compago ſpinam conſtituit. Extremum lumborum os ſacrum eſt: id ab aliquibus etiam hypoſpondylon, *quod ſubvertebrum latine verteris,* dicitur. Ejus ultimum oſſiculum coccyx, *id eſt cuculus,* eſt.

Sub coſtis molles partes *à Græcis* laparæ & ceneones, *à Latinis ilia* vocantur. Deinde illum oſſa, quorum excavata capita, heminæ & acetabula. Clunes autem ac ſedilia poſt lumbos carnoſæ partes; quoniam illis ſedendo nitimur, ab aliis nates dictæ ſunt; ſub quibus hypoglutides, *id eſt ſubnatales vocatæ,* jacent.

Ingui-

Inguina fœmorum priores partes ſunt prope pubem poſita: nervus autem ad acetabulum pertinens, ac totus articulus coxendix dicitur. Fœmorum internæ partes parameria *Græcis, fœmina Latinis ſunt.* Inter fœmina autem loca, meſomeria *græce, interfœminia latine* dicito. Muſculi genibus inhærentes epigunides, *quaſi geniculares dixeris*, vocantur: oſſi autem ſuper genu poſito epigonatis *græca* appellatio, *latina, patella eſt:* Hippocrates verò epimylida vocavit. Genu articulus eſt fœmur cruri committens. Poples poſterior pars eſt, in quam genu inflectimus. Gaſtrocnemia *græco nomine* magnus muſculus eſt, *latine ſura*; unde latus nervus oriens ad calcem tendo factus adhæreſcit. Oſſium verò cruris quod poſterius eſt, ſura quoque dici poteſt; prius autem, tibia. Sed Herophilus ſuram radium etiam appellavit: utriuſque oſſis extrema pedi inſerta malleoli ſunt. Tali veró non recte vocantur; ſiquidem & humanus pes talum ſub malleolo abditum, non conſpicuum habet. Calx poſtremum pedis rotundum eſt. Planta & tarſus pars prior & ampla eſt. Stethos verò *id eſt latine pectus*, pars inferior poſt cavum, unde naſcuntur digiti, vocatur: iſtos autem perinde, ut manus digitos, appellare, aliáque manuum digitis communia recenſere, nihil eſt quod impediat.

Igitur quæ oculis aperta ſunt, ô fili, ſubjectáque his oſſa in hunc modum nominare decens eſt. Modò interiora corporis membra ſimiam diſſecantes propriis nominibus illuſtrare tentabimus: quandoquidem ipſa oſſibus, muſculis, extis, arteriis, venis, nervis ad naturam hominis proximè accedit:

Βραχίονες ἢ τὰ ἔμπροσθεν τ μηρῶν τὰ πρὸς τ ἤβλιν. ἴσχιον ἢ καὶ τὸ νεῦρον τὸ πρὸς τ κοιλίλιν, καὶ ὅλον τὸ ἄρθρον. τ ἢ μηρῶν τὰ ἔσω πρόμηρα· τὰ ἢ μεταξὺ τ μηρῶν, μεσομήρια· οἱ ἢ πρὸς τοῖς γόνασι μύες, ἐπιγουνίδες, καὶ τὸ ὀστοῦν τὸ ἐπὶ τῷ γόνατι ἐπιγονατίς. Ἱπποκράτης ἢ ἐπιμυλίδα ὀνομάζει. γόνυ δέ ἐστι τὸ ἄρθρον τοῦ μηροῦ τὸ πρὸς τ κνήμιον. καὶ ἰγνύα τὸ ὄπισθεν, ἐν ᾧ κάμπτομεν τὸ γόνυ· γαστροκνημία ἢ, ὁ μέγας μῦς ὁ ὄπισθεν τ κνήμης, ἀφ' οὗ τὸ πλατὺ νεῦρον τὸ πρὸς τῇ πέρνῃ ὁ τένων πέφυκε. τ ἢ ὀστῶν, τὸ μὲν ἔσω, κνήμη, καὶ τούτου τὸ ἔμπροσθεν ἀντικνήμιον. Ηρόφιλος ἢ καὶ τ κνήμιον κερκίδα ὀνομάζει· τὰ ἢ ἄκρα ἀμφοῖν τοῖν ὀστοῖν, τὰ πρὸς τῷ ποδὶ σφυρὰ καλεῖται, ἀστράγαλος ἢ οὐκ ὀρθῶς. ἔχει μὲν γὰρ καὶ ἀστράγαλον ὁ πούς τοῦ ἀνθρώπου ὑπὸ τῷ σφυρῷ, καὶ οὐκ ἐμφανῆ· πέρνα ἢ τὸ ὄπισθεν προεχὲς τοῦ ποδός· πεδίον ἢ καὶ θαρσὸς τὸ ἔμπροσθεν πλατύ· σῆθος ἢ τὸ κάτωθεν μετὰ τὸ κοῖλον, ἀφ' οὗ οἱ δάκτυλοι. καλεῖν ἢ τούτους ἀνάλογον τοῖς τ χειρὸς δακτύλοις, καὶ τὰ ἄλλα κοινὰ πρὸς τοὺς τῶν χειρῶν δακτύλους, οὐδὲν κωλύει.

Τὰ μὲν οὖν ἐπιφανῆ, ὦ παῖ, ζητεῖ τοῖς ὑποκειμένοις ὀστοῖς οὕτω χρὴ καλεῖν. τὰ δὲ ἔνδον τούτων τὸν πίθηκον ἀνατέμνοντες, ὀνομάζειν πειρασόμεθα. ἐγγυτάτω γὰρ τῆς φύσιν ἀνθρώπου καὶ τοῖς ὀστοῖς, καὶ τοῖς μυσὶ, καὶ τοῖς σπλάγχνοις, καὶ ταῖς ἀρτηρίαις, καὶ ταῖς φλεψὶ, καὶ τοῖς νεύροις·

δεύτερα δὲ τὰ ἄλλα τὰ πολυχιδῆ· τρίτα τὰ ἀμφοδόντα τῶν διχηλῶν. τὰ δὲ μὴ ἀμφοδόντα χ̀ μόνυχα, προσωτάτω. εἰ δέ τινα εἴρηται μὴ τῶν ὑπιφανῶν, οὐδὲν δεῖ ὑστερ τούτου δὶς λέγειν.

Ορα δὴ τοίνυν τ̀ ὑπὸ τῷ δέρματι τὸ κρανίον χιτῶνα, οὗτος πειπερόνι καλεῖται. ὃν δ' ἂν ἴδοις πεὶ τοῖς ἄλλοις ὀστοῖς, περιόστιος καλεῖται. τὰς δὲ συμβολὰς τῶν ὀστῶν τὸ κρανίου, ῥαφὰς καλοῦσιν. ἐοίκασι δὲ δυοῖν πρόνων ζυνθέσι, ὧν μία μὲν πειφερὴς ῥαφή, τὸ ϗ βρέγμα πειτέμνεται· ἄλλη ϗ τὸ ἰνίον, ἄλλη δὲ μέσην τιὼ κορυφιύ· ἔστι δ' οἷς αὕτη ὑπερβᾶσα τιὼ διὰ τὸ βρέγματος, τελευτᾷ εἰς τὸ μεσόφρυον. δύο δὲ ἄλλαι τοῖς ὀστοῖς τῶν κροτάφων, ὥσπερ λεπίδες ὑπιπεφύκασιν. ὀνόματα δὲ αὐτῶν παλαιὰ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ νιῦ ἐτέθη ὑπὸ τινῶν αἰγυπτίων ἰατρῶν φαύλως ἑλλιιζόντων, σεφανιαία μὲν τῇ πρὸς τὸ βρέγμα· λαμβοειδὴς δὲ, τῇ πεὶ τὸ ἰνίον· ὑπιζυγνύουσα δὲ, τῇ μέσῃ· λεπιδοειδεῖς δὲ, ταῖς τῶν κροτάφων. οὗτοι ϗ χ̀ τὰ τῶν ἄλλων ὀστῶν μόρια ὀνομάζουσιν ἀνώνυμα τοῖς πάλαι, ἃ ἐγὼ οὐ παραλείψω διὰ τιὼ εἰς τὰ νιῦ τῶν ἰατρῶν δήλωσιν.

Διπλόη δὲ τὸ μεταξὺ τῶν ὀστῶν τὸ κρανίου, ὅθεν ἡ ῥὶς ἄρχεται. τὰ πυκνὰ ταύτης τρήματα ἠθμοειδῆ καλεῖται, δι

ſecundò alia multifida: tertiò ex biſulcis utrinque dentata. Non utrinque dentata, ac ſolidipeda longiſſima ab hominis ſimilitudine ſummota ſunt. Quòd ſi aliquid de membris interioribus exteriora tradentes memoravimus, idem bis repetere ulterius opus non fuerit.

Aſpice itaque ſub calvariæ cute tunicam: hanc pericranion, *quod cranium, hoc eſt calvariam obvolvat, Græci* vocant. Quam verò alia oſſa ambientem tunicam videris, hanc perioſtion, *latinè circumoſſalem verbum verbo reddens*, appellato; qua oſſa calvariæ committuntur, ſuturæ ſunt: quæ duarum ſerrarum compagem imitantur. Earum una quidem rotunda eſt, ſyncipútque circuncidit; altera occiput: tertia medium verticem diducit, quibuſdam etiam hæc ſyncipitis ſuturam tranſiens, frontémque ipſam ſecans, inter ſupercilia terminatur: binæ aliæ in temporum oſſibus in ſquammarum modum totis oris paulatim extenuantur, atque ita inferiora oſſa ſuperioribus leniter inſidunt. Ipſis quidem vetuſta nomina deſunt, ſed nuper à quibuſdam Ægyptiis medicis græcam linguam male doctis impoſita ſunt: ſyncipitis ſuturam coronariam, occipitis lambdoide, *id eſt lambda græcæ literæ ſimilem*, mediam verò conjungentem appellantibus: temporaneas etiam ſuturas lepidoides à ſquammarum ſimilitudine vocaverunt: iidem & aliorum oſſium partibus ab antiquis innominatis nomina indidere; quæ ego, ut aliis noſtri ſeculi medicis innoteſcant, non prætermittenda judicavi.

Inter calvariæ oſſa meditullium diploen nominant: ubi verò naſi initium eſt, crebra ibi foramina

na ithmoide, *hoc eſt cribri ſpeciem referentia*, vocantur: per ea indubiè ſternutamentum, mucúſque propellitur. Nonnulli & hâc parte nos in cerebrum ſpiritum attrahere confirmant. Proxima auribus oſſa ob firmitudinem lapidea nomen habent: ab utroque enim latere ſingula oſſa dura, ſubalbidáque ſunt, magnitudine caput maximi manus digiti æquantia, per quæ auditoria itinera ſervantur. Alii proclives occipitii proceſſus lapideos appellant, idque non rectè: inanes enim, & cavernoſi, & minimè ſolidi nomini non reſpondent. Ab auditoriis autem meatibus ad malas pertinentes proceſſus iugalia oſſa nuncupantur.

Muſculos cava temporum replentes, temporales: qui inferiorem maxillam amplectuntur, manſores vocant. Tenues illi & oblongi, dorſúmque verſus fauces vergentes proceſſus, ſtiloides *à columnæ ſimilitudine* dicti ſunt. Eudemus autem ipſos gallorum calcaribus aſſimulat, ac ſine appellatione relinquit.

Foramina permulta calcariam excavant: quæ omnia duobus exceptis, quæ cœca appellantur, nomine vacant: inter ſe autem medici altercantur, utranam hoc nomine appellanda ſint: num illa quæ propè maximum calvariæ foramen adjacent, per quod ſpinæ medulla in vertebras delabitur: an illa quæ propè auditorias cavernas, & paulò prius juxta maxillæ articulos ſunt. Sed neque illa, neque hæc adeò cœca ſunt, quin ea in magnum ſpinalis medullæ cavum pervadant, hæc ſub foramina cribrum repræſentantia ſubeant: ac per ipſa omnia nervi tranſire conſpiciuntur, de quibus in diviſionibus ſermo habe-

δι' ὧν τὸ μὲν ἀληθὲς πλαρμὸς καὶ μύξα ἀποκρίνεται· οἱ δὲ καὶ ἀναπνεῖν ἡμᾶς εἰς ἐγκέφαλον ταύτῃ λέγουσι. τὰ δὲ πλησίον τῶν ὤτων ὀστέα, διὰ σερρότητα λιθοειδῆ ὠνόμασαι· ἔστι δὴ ἑκατέρωθεν ἓν σκληρὸν καὶ ὑπόλευκον, ὅσον κεφαλὴ τοῦ μεγάλου δακτύλου, δι' ὧν αἱ ἀκοαὶ τέτρηνται· ἄλλοι δὲ τὰς πρὸς τῷ ἰνίῳ καταφερεῖς ὑπεροχὰς λιθοειδεῖς καλοῦσιν, ἀλλ' οὐκ ὀρθῶς. ὑπόκεινοι γὰρ καὶ σηραγγώδεις, καὶ οὐ σερεαὶ κατ' οὐσίαν· αἱ δὲ ἀπὸ τῶν ἀκοῶν τείνουσαι πρὸς τὰ μῆλα ἀποφύσεις, ζυγώματα.

Καὶ οἱ μύες, οἱ μὲν περὶ ταῖς κοιλότησι τῶν κροτάφων, κροταφῖται· οἱ δὲ περὶ τὸν κάτω γνάθον, μασητῆρες· αὐταὶ δὴ αἱ λεπταὶ καὶ ὑπομήκεις καὶ κάτω πρὸς τὸ φαρύγγεθρον νεύσασαι ἀποφύσεις, σηλοειδεῖς καλοῦνται. Εὔδημος δ' εἰκάζει μὲν αὐτὰς ἀλεκτρυόνων πλήκτροις, ἀνωνύμους δὲ ἐᾷ.

Τρήματα δὴ πολλὰ μὲν διατέτρηται διὰ τοῦ κρανίου, πάντα δὴ οὐκ ὠνόμασαι χωρὶς δυοῖν· τυφλὰ δὴ ταῦτα καλοῦσι, καὶ οἱ ἰατροὶ διαφέρουσι πρὸς ἀλλήλους, ὁπότερα χρὴ καλεῖν τυφλὰ, ἀρά γε τὰ πρὸς τῷ μείζονι τρήματι τοῦ κρανίου, δι' ὃ ὁ νωτιαῖος εἰς τοὺς σφονδύλους ἐμβάλλει· ἢ τὰ πρὸς ταῖς ἀκοαῖς, καὶ μικρὸν ἔμπροσθεν διὰ τὰ ἄρθρα τῆς γνάθου. ἔστι δὴ οὔτε ἐκεῖνα, οὔτε ταῦτα οὕτω τυφλὰ, ὥστε μὴ διατρηθῆναι· τὰ μὲν εἰς τὸ μέγα κοίλωμα τοῦ νωτιαίου· τὰ δὲ ὑπὸ τὰ ἠθμοειδῆ· καὶ διὰ πάντων αὐτῶν νεῦρα διαπεφυκότα ὁρᾶται, ὑπὲρ ὧν ἐν ταῖς διαιρέσεσιν εἰρήσεται·

σεται· ἐοίκασι δὲ τυφλὰ αὐτὰ ὀνομάζειν, ὅτι μὴ εἰς ὄψιν φαίνεται διατετρημένα.

Ἐν δὲ τῷ κρανίῳ ἔνεσιν ὁ ἐγκέφαλος. τοῦτον δὲ καλύπτουσιν αἱ μήνιγγες, ἡ μὲν παχυτέρα καὶ ῥωμαλεωτέρα πρὸς τῷ ὀστῷ· ἡ δὲ λεπτοτέρα, καὶ ὑρωδης μὲν, ἀλλ' ἥσσων, ἡ πρὸς τῷ ἐγκεφάλῳ. τὸ δὲ ἄνωθεν τοῦ ἐγκεφάλου κιρσοειδές· τὸ δὲ κάτωθεν, καὶ ὀπίσω, βάσις· ἡ δὲ ἀπὸ τῆς βάσεως ἔκφυσις, παρεγκεφαλίς· αἱ δὲ κοιλότητες, κοιλίαι ἐγκεφάλου. ὁ δὲ καλύπτων τὰς κοιλίας ἔνδοθεν χιτὼν χοροειδής. Ηρόφιλος δὲ καὶ μήνιγγα χοροειδῆ καλεῖ· τὰ δὲ ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου βλαστήματα, νεῦρα αἰσθητικὰ, καὶ προαιρετικὰ, δι' ὧν αἴσθησις καὶ προαιρετικὴ κίνησις, καὶ πᾶσα σώματος πρᾶξις συντελεῖται. τούτων δὲ τῶν νεύρων ἕνια καὶ ἀπὸ τοῦ νωτιαίου μυελοῦ πέφυκε, καὶ τῆς μήνιγγος τῆς περὶ τοῦτο. νωτιαῖον δὲ καὶ ῥαχίτιν ὡσαύτως καλεῖν πάντα τὸν διὰ τῶν σφονδύλων μυελόν.

Τῶν δὲ τοῦ ὀφθαλμοῦ χιτώνων, ὁ μὲν πρῶτος ἐν τοῖς ἐπιφανέσιν ὠνόμασαι κερατοειδής· οἱ δὲ ἄλλοι, ὁ μὲν δεύτερος ῥαγοειδής, καὶ χοροειδής, τὸ μὲν ὑποκείμενον αὐτῷ τῷ κερατοειδεῖ, ῥαγοειδής, ὅτι ἔοικε ῥαγὶ τῇ ἔξωθεν λειότητι, καὶ τῇ ἔσωθεν δασύτητι· τὸ δὲ ὑπὸ τῷ λευκῷ, χοροειδής, ὅτι μὴ φλεβῶν ἐστὶ τῷ περὶ τὸ ἔμβρυον περικειμένῳ χοροειδεῖ ἐοικώς. ὁ δὲ τέλος περιέχει μὲν ὑαλοειδὲς ὑγρόν· καλεῖται δὲ ἀρχαῖον ὄνομα ἀραχνοειδὴς διὰ λεπτό-

habebitur : verum ideò ipſi cœca dixiſſe viſi ſunt, quòd non in rectum excavata eſſe cernantur.

Intra calvariam cerebrum continetur : id membranæ circumvolvunt, altera craſſior, robuſtiórque oſſi proxima : tenuior altera, & firma quidem, ſed priore minus, quæ cerebrum contingit. Summa cerebri pars varicoſa appellatur : inferior atque poſterior baſis : à baſi oriens proceſſus parencephalis *græcè, latinè cerebellum.* Ipſius cavernæ cerebri ventriculi : ventriculos interius obvolvens tunica choroides, *hoc eſt ſecundinis ſimilis*, cognominatur. Herophilus autem & membranam choroide, *id eſt ſecundinis ſimilem*, appellat. Germina à cerebro enaſcentia nervi ſenſorii electoriíque ſunt, per quos ſenſus & voluntaria motio fit, omniſque corporis actio perficitur : horum autem nervorum quidam à ſpinali medulla, & ex ipſam cingente membrana expullulant. Dorſalem verò, ſpinalémque omnem pariter per vertebras defluentem medullam nominant.

Oculi tunicarum primam inter extima, conſpicuáque membra cornicularem ſuperius nominavimus : ſecunda rhagoides atque choroides *græcis vocabulis* dicitur : quâ parte corniculari ſubjicitur : rhagoides, quòd exterius lævore, interius aſpritudine uvæ acino, *quem Græci rhaga dicunt*, ſit perſimilis ; qua verò albam tunicam ſubit, choroides vocatur : quoniam venulis referta ſecundinas quas vocant, fœtui circundatas repræſentat. Deinde tertia humorem à vitri ſimilitudine hyaloidea vocatum continet : hæc antiquo vocabulo propter tenuitatem arachnoides appellata eſt : *latinè aranealem*

lem dicere auſim: at quoniam Herophilus eam reti contracto aſſimilat, nonnulli & reticularem: alii, ab incluſo humore, qui vitri gerit ſimilitudinem, hyaloidea nominarunt. Quarta membranula guttam quandam humoris cryſtalloidea nominatim includit: hæc antiquitus nomine caruit, à poſteris lenticularis ob figuram, cryſtalloides ab contento humore cognominata eſt.

Primam colli vertebram dentem appellare mihi videtur Hippocrates. Sub tonſillis oſſiculum gutturis caput continens quidam à figura ypſiloides appellaverunt, quod Ypſilo græco elemento ſit perſimile. Cæterum Herophilus, quoniam tonſillis aſſideat, aſſeſſorem vocat. Secundæ vertebræ proceſſus ſurſum, ac prorſum verſus ſpectans pyrenoides *ab olivæ nuclei ſimilitudine dictus eſt.* Iter illud, per quod cibi potionéſque in ventriculum deſcendunt, *græcè* ſtomachus, & œſophagus, *latinè gula eſt.* Nervi ab utroque ejus latere, toni: cæteráque ſenſoria, atque fibroſa pariter toni dicuntur, *tenores in latinum vertere liceat.* Aſperæ arteriæ ſummum guttur eſt: anuli ad ejus plexum creati, bronchia, cavernæ, & aortæ nominantur.

Caloris vitæ, arteriarúmque motus initium cor eſt. Ejus ſumma pars caput dicitur, infima & acuta fundum. Cavitates ventriculi, craſſior & lævus arterioſus eſt, tenuior & dexter venoſus, lævo capacior: ab utroque autem capitis latere ceu alæ prominentes, cavæ, molles, & ad totius cordis motum agitabiles, cordis auriculæ ſunt. Cor circumplexæ membranæ pericardios nomen inditum eſt. Ex membranis pectoris, quæ ipſum in duas diducunt

τητα. ἐπειδὴ δὲ Ηρόφιλος εἰκάζει αὐτὸν ἀμφιβλήστρῳ ἀνέσπασμένῳ, ἔνιοι καὶ ἀμφιβληστροειδῆ καλοῦσιν, ἀπὸ τῆς ὑγρᾶς αὐτὸν ἄλλοι καὶ ὑαλοειδῆ. ὁ δὲ τέταρτος περιέχει μὲν τὸ κρυσταλλοειδὲς ὑγρὸν, ἀνώνυμος δὲ ὢν ἐξ ἀρχῆς, ὕστερον φακοειδὴς μὲν διὰ τὸ σχῆμα, κρυσταλλοειδὴς δὲ διὰ τὸ ὑγρὸν ὠνομάσθη.

Τὸν δὲ πρῶτον τοῦ τραχήλου ζφόνδυλον, Ιπποκράτης ἐδόντα δοκεῖ μοι καλεῖν· τὸ δὲ ὑπὸ ταῖς ἀντιάσιν ὀσφῦν, τὸ περιληφὸς τὴν κεφαλὴν τοῦ βρόγχου, οἱ μὲν ὑψηλοειδὲς διὰ τὸ σχῆμα ὀνομάζουσιν, ὅτι ἔοικεν τῷ Υ γράμματι· Ηρόφιλος δὲ θυρεάτην καλεῖ, ὅτι παρέσηκε ταῖς ἀντιάσιν. ἡ δὲ τοῦ δευτέρου σφονδύλου εἰς τὸ ἄνω καὶ ἔμπροσθεν ἀπόφυσις, πυρηνοειδὴς καλεῖται. δι' οὗ δὴ τὰ σιτία καὶ τὰ ποτὰ εἰς τὴν κοιλίαν κάτεισι, στόμαχος, καὶ οἰσοφάγος καὶ τὰ ὑδρα τὰ ἑκατέρωθεν αὐτῆς, τόνοι· καὶ τὰ ἄλλα αἰσθητικὰ καὶ ἰνώδη, τόνοι ὡσαύτως. τῆς δὲ τραχείας ἀρτηρίας καλεῖται βρόγχος· αἱ δὲ εἰς τὸ πλεύμα ἀποφύσεις, βρόγχια, καὶ σπειραγγες καὶ αὐρταί.

Η δὲ ἀρχὴ τῆς θερμῆς, καὶ τῆς ζωῆς, καὶ τῆς σφύζειν, καρδία. καὶ ταύτης τὸ μὲν ἄνω κεφαλὴ, τὸ δὲ ἄκρον καὶ ὀξὺ πυθμὴν, τὰ δὲ κοιλώματα κοιλίαι· ἡ μὲν παχυτέρα καὶ ἐν ἀριστερᾷ, ἀρτηριώδης· ἡ δὲ λεπτοτέρα, καὶ ἐν δεξιᾷ φλεβώδης· αὕτη δὲ καὶ εὐρυχωροτέρα τῆς ἑτέρας· τὰ δὲ ἑκατέρωθεν τῆς κεφαλῆς ὥσπερ πτερύγια κοῖλα, καὶ μαλακὰ, καὶ κινητὰ, ἐν ᾧ πᾶσα σφύζει ἡ καρδία, ὦτα καρδίας. ὁ δὲ περὶ τὴν καρδίαν χιτὼν περικάρδιος, καὶ τὰ ὑπὸ τῶν ὑμένων, διαπεφραγμένα τῆς θώρακος, καὶ οἱ ὑπὸ

ταῖς πλευραῖς ὑμένες ὑπεζωκότες, καὶ ὁ διαχωρίζων τὰ ἐν τῷ στήθει πλάγχνα τῶν κάτω, διάφραγμα καὶ φρένες.

Ἐκ δὲ τῶν μυῶν τῶν ἀδένων· πολλαὶ δὲ εἰσιν· αἱ μὲν πρὸς τῷ τραχήλῳ, αἱ δὲ ὑπὸ ταῖς μασχάλαις, αἱ δὲ ἐν τοῖς βουβῶσιν, αἱ δὲ ἐν τῷ μεσεντερίῳ, σάρκες τινὲς ἡσυχῇ ὑποπίμελοι, καὶ ψαθυραί. ἐκ τούτων τῶν ἀδένων καὶ ὁ καλούμενος θυμός ἐστι, πρόσφυσιν μὲν καὶ τιν' κεφαλὴν τῆς καρδίας, ὑπιβάλλων δὲ τῷ τε ἑβδόμῳ τῶν τραχήλων σφονδύλῳ, καὶ τῶν βρόγχου τῷ πρὸς πνεύμονι πέρατι, ἐκ ἐν πᾶσιν ἑωραμένος.

Ὑπὸ δὲ τῷ διαφράγματι, γαστήρ, τὸ ἢ αὐτὸ καὶ ἄνω κοιλία ἡ πρώτη· εἶτα ἡ πρώτη τῶν ἑντέρου ἔκφυσις, πυλωρός· εἶτα νῆσις· ἔντερον τροφῆς διὰ παντὸς κενὸν, ἀφ' οὗ καὶ νῆσις ὠνόμασται· ζυνεχὲς δὲ τούτῳ τὸ λεπτὸν ἔντερον· ἐκ ἧς τῶν λεπτῶν δικρόα ἔκφυσις, καλεῖται δὲ τὸ μὲν τυφλὸν, ὅτι ἀληθῶς τυφλόν ἐστι· τὸ δὲ κῶλον, καὶ κάτω κοιλία, διὰ καὶ νεαίρᾳ Ομηρος καλεῖ. ἔστι δὲ ὁ σιγμοειδὴς τῶν ἑντέρων πᾶς μεσεντέριον καὶ μεσάραιον· ἀραιὰν δὲ τιν γαστέρα, καὶ τὸ σύμπαν ἔντερον πάλαι ποτὲ ὠνόμαζον, ἀφ' οὗ ἐμμεμένηκεν οὕτως ἔτι καὶ νυῦ τὸ μεσάραιον καλεῖν. ὑπὸ δὲ τῷ κώλῳ τὸ ἀπευθυσμένον πρὸς τιν ἕδραν καὶ τὸν ἀρ-

χὸν·

partes, interſepientes appellantur: quæ coſtas interius veſtiunt, ſuccingentes. Membrana, quæ pectoris viſcera ab inferioribus disjungit, tranſverſum ſeptum, & phrenes.

Ex glanduloſarum carnium genere, *quas adenas Græci vocant*, (multæ autem ſunt,) aliquæ in collo, nonnullæ ſub alis, quædam in inguinibus, aliæ in meſaraeo *vocato reperiuntur*. Carnes quædam leniter ſubpingues ac fragiles ſunt: inter has & vocatus thymus numeratur: qui in regione capitis cordis locatus eſt, ſeptimæ colli vertebræ inſidens, aſperæque arteriæ extremo, qua cum pulmone committitur, adhæreſcens: non in omnibus tamen inventus eſt.

Sub tranſverſo ſepto venter eſt: cujus ſumma pars, primáque ventriculi nomen habet: deinde primus inteſtini exortus *hoſtiarius Latinè, ſeu janitor, Græcè* pyloros eſt: poſtea jejunum inteſtinum ſemper alimento privatum: unde ipſi quoque vocabulum fuit: iſti continuum gracile inteſtinum eſt. Ex gracili biceps prodit exortus: vocatur autem altera ejus pars cœcum inteſtinum, quoniam revera cœcum eſt: altera colon *Græcè*, & venter inferior, *& laxum inteſtinum à Latinis*: id Homerus & niæram appellat. Eſt autem totum inteſtinorum vinculum ac firmamentum, quod meſenterion, ac meſaraeon *Græci* vocant. Araeam verò & ventrem, & omne inteſtinum vetuſtiſſimi *Græci* appellabant, ex quo ad hæc uſque tempora hoc nomen meſaraeon derivatum eſt, *Latini lactes appellaſſe videntur*. Poſt grande inteſtinum colon appellatum rectum eſt juxta ſedem ac principem.

cipem. Quod ex orbiculato ventriculi fundo egerminat, ipſúmque & aliquam cæterorum inteſtinorum partem velat, epiploon *Græci, quaſi ſupernavigans, omentum Latini vocant.* A renibus exoriens membrana, omnibúſque prætenta inteſtinis peritonæos eſt. At propè inteſtini primum exortum poſita caro præpinguis, glandulíſque interſtincta, pancreas *vocata eſt.*

A dextra ventriculi jecur eſt. Jecoris autem pars tranſverſum ſeptum, peritonæúmque attingens convexa, quæ infra ventriculo inhæreſcit, cava dicitur. Sub maxima ejus fibra bilis vaſculum ſitum eſt, cujus media & anguſta particula cervix eſt, infima fundum. Jecoris porta vena eſt, per quam alimentum illabitur. Quæ in ſacrificiis autem aruſpices portas, menſam, gladium, & unguem appellant, in homine quoque, ſed obſcura atque incerta reperiuntur, ad nullúmque medicinæ profectum neceſſariò nominantur.

Ventriculo à ſiniſtra lienis incumbit, cujus craſſiſſima, ſummáque pars caput eſt: propè ultimas autem coſtas renes duo: ex quibus duo urinæ ductus ureteres *Græcè appellati* veſicam intrantes prodeunt. Veſica verò conceptaculum eſt, in quod urina è renibus per ureteres delabitur: à veſica eſt cervix, ſedimentum, tramis, & reliqua commemorata ſuperius. At ſeminaria vaſcula quatuor ſunt, duo varicoſa, duo glanduloſa: quæ genitales etiam venæ vocatæ ſunt: varicoſorum partes illæ quæ teſtibus adjacent, aſſeſſores dicuntur. Quidam verò omnia aſſeſſores appellari nihil laborant. Cæterùm an hæc eadem in fœminis perinde ut in maribus,

χέν· τὸ δὲ ἐκπεφυκὸς μὲν ἐκ τῦ πρὸς τῆς γαστρὸς, καλύπτον δὲ αὐτὸ τε καὶ μέρος τι τῦ ἄλλου ἐντέρου, ὀπίπλοον, καὶ ὁ ἀπὸ τῶν νεφρῶν πρὸ πάντα τὰ ἔντερα χιτὼν τείνων, πρὸτόναιον· ἡ δὲ πρὸ τοῦ πρώτου τῦ ἐντέρου ἔκφυσιν κειμένη σὰρξ λεπίμελος καὶ ἀδενώδης, πάγκρεας.

Ἐκ μὲν τῶν δεξιῶν τῆς κοιλίας, ἧπαρ· τῦ δὲ ἥπατος, τὰ μὲν τῶν φρενῶν καὶ πρὸτοναίου ψαύοντα, κυρτά· τὰ δὲ κάτωθεν καὶ τῆς γαστρὸς ψαύοντα, σιμά· καὶ ὑπὸ τῦ μεγίστου λοβοῦ χολῆς ἀγγεῖον. τούτου δὲ τὸ μέσον στενὸν αὐχεῖ, τὸ δὲ κάτω πυθμένι· πύλη δὲ ἥπατος ἡ φλὲψ, δι' ἧς ἡ τροφὴ εἰσέρχεται. ἃ δὲ ἐν ἱεροσκοπίᾳ, πύλας, καὶ τράπεζαν καὶ μάχαιραν, καὶ ἔνυχα καλοῦσιν, ἔστι μὲν καὶ ἐν ἀνθρώπῳ, ἀσαφῆ δὲ καὶ οὐκ ἄδηλα, καὶ εἰς οὐδὲν ἰατρικὸν ἀναγκαίως ὀνομαζόντα.

Ἐκ δὲ τῶν ἀριστερῶν τῆς κοιλίας ὁ πλεύμων· καὶ τούτου τὸ πρὸς καὶ ἀνωτάτω, κεφαλή· πρὸς ᾗ ταῖς ἐσχάταις πλευραῖς νεφροὶ δύο, καὶ ἀπὸ τούτων οὐρητῆρες δύο, οἵ τινες εἰσβάλλουσιν εἰς τὴν κύστιν. ἔστι δὲ ἡ κύστις, εἰς ἣν τὸ οὖρον τὸ ἐκ τῶν νεφρῶν καὶ τῶν οὐρητήρων καταῤῥεῖ, καὶ ἀπὸ τῆς κύστεως ὁ τράχηλος, καὶ τὸ ὑπόσημα, καὶ ἡ τραμὶς, καὶ τὰ ἄλλα τὰ διῃρημένα. τὰ δὲ σπερματικὰ ἀγγεῖα, ἔστι μὲν τέσσαρα, δύο μὲν κιρσοειδῆ, δύο δὲ ἀδενοειδῆ, ἐκαλοῦντο δὲ καὶ γόνιμοι φλέβες· καὶ τῶν κιρσοειδῶν, τὰ πρὸς τοὺς διδύμους, σπερματικὰ καλεῖται. ἐνίοις δὲ καὶ πάντα σπερματικὰς καλεῖν διαφέρει οὐδέν.

οὐδέν. σκεπτέον ἢ καὶ εἰ τοῖς θήλεσι τὰ αὐτὰ πεποίηται, ὥσπερ καὶ τοῖς ἄρρεσιν. Ηροφίλῳ μὲν γὰρ οὐ δοκεῖ τὸ θῆλυ κιρσοειδεῖς ἔχειν παραφύσεις· ἐν ᾗ προβάτου ὑστέρᾳ εἴδομεν ἐκ τῶν διδύμων πεφυκότα τὰ ἀγγεῖα κεκιρσωμένα ἑκατέρωθεν. Συνετέτρητο δὲ ταῦτα εἰς τὸ κοίλωμα τῆς ὑστέρας, ὑφ' ὧν ὑπώμυξον ὑγρὸν πιεζόντων ἀπεκρίνετο· καὶ ἴσως πολλὴ δόκησις σπερματικὰ ταῦτα εἶναι, καὶ τὰ ῥύσους τῶν κιρσοειδῶν. τοῦτο μὲν δὴ οἷόν ἐστιν, αἱ ἀνατομαὶ δίχα δείξουσιν.

Οἱ δὲ μύες οἱ ἔνδοθεν τῆς ὀσφύος, ψόαι, οἵπερ καὶ μόνοι τῶν ἄλλης ῥάχεως τῇ ὀσφύϊ παραπεφύκασιν· ἄλλοι ἢ νεφρομήτορας καλοῦσιν· ἄλλοι ἢ ἀλώπεκας. τοῦτο ἄρα καὶ τὸ ἐν ταῖς κνιδίαις γνώμαις γεγραμμένον. ἐὰν δὲ νεφρῖτις ἔχῃ, σημεῖα τάδε, ἐὰν οὐρῇ παχὺ, πυῶδες, καὶ ὀδυναι ἔχουσιν, ὥστε τοὺ ὀσφυὸς καὶ τοὺς κενεῶνας, καὶ τοὺς βουβῶνας, καὶ τὸ ἐπείσιον, τότε δὲ καὶ ἐς τὰς ἀλώπεκας· ᾧ καὶ δῆλον ὅτι χρήσιμον τὰ τοιαῦτα εἰδέναι εἰς διάγνωσιν τῶν οὕτως ὠνομασμένων. Κλείταρχος δὲ τοὺς ἔξω τῆς ῥάχεως μύας, ψόας, καὶ νεφρομήτορας, καὶ ἀλώπεκάς φησι καλεῖσθαι οὐκ ὀρθῶς.

Τῆς δὲ γυναικὸς τὸ γεννητικὸν μόριον, μήτρα, καὶ ὑστέρα. Ιπποκράτης δὲ καὶ δελφυὸν, καὶ γονέα καλεῖ. καὶ αἱ μὲν τὰ ἄνω ἔνθεν καὶ ἔνθεν σκιρρώδεις, κεραῖαι, καὶ πλεκτάναι, καὶ τὰ ἀνέχοντα αὐτὸν ἀγγεῖα σκιρρώδη· καὶ τὸ μέσον καὶ ἀνωτάτω σωμα, καὶ τὰ ἑκατέρωθεν ὦμοι, καὶ τὸ ἄκρον αὐχὴν καὶ τράχηλος· τραχήλου δὲ τὸ στόμα ὁ πρῶτος πόρος. Ιπποκράτης δὲ

ribus, conſtituta ſunt, contemplandum eſt. Fœminas varicoſis aſſeſſoribus carere Herophilus planè exiſtimat: nos verò in pecudis utero è teſtibus enata vaſcula, atque utrinque varicis inſtar revoluta conſpeximus: hæc autem in uteri cavum perforata ſubibant: è quibus mucoſus quidam humor, ſiquis exprimeret, emanabat, magnáque erat ſpes, hos ſeminarios eſſe canales, & eorum generis, qui varicoſi nuncupantur: id autem ut ſe habeat, diſſectiones ſeorſum declarabunt.

Intra lumbos muſculi pſoæ *Græco vocabulo* nominantur: qui ſoli etiam in dorſo lumbis agnati ſunt. Iſtos aliqui uterales nervos, alii vulpes cognominant: atque in libro Cnidiarum ſententiarum nomen iſtud ſcriptum eſt. Si renum autem morbus vexat, notæ hæ ſunt, ſi lotium craſſum purulentúmque ſit, ſi dolor lumbos, ilia, inguina, ſm énque torqueat, tùm verò & vulpes malè habet. Unde jam conſtat, quanti iſta ſcire interſit: quò ea, quæ ſic cognominantur, agnoſcas. Clitharchus exteriores dorſi muſculos pſoas, uterales nervos, ac vulpes appellari falſo opinatur.

Genitale autem mulieris membrum *Græcè* metra & hyſtera, *Latinè uterus vulváque vocatur.* Hippocrates & delphyn & genituram dicit. Ejus ſurſum verſus utrinque proceſſus cornua & cirri ſunt ipſam exterius ſuſtinentia vaſa: medium atque ſupremum fundum eſt: quæ utrinque ſunt, humeri: ejus extremitas cervix, atque collum: colli os primus meatus: Hippocrates *Græcè* amphidion à ro-

rotundi ferri, quò præfiguntur aratra, ſimilitudine vocat : deinde cavum, quod ſequitur, *multis appellationibus exprimitur:* muliebris enim ſinus dicitur, *muliebres loci, uterus, ac vulva.* Sed totum genitale cum exterioribus pudendum, *obſcœniorique vocabulo cunnus.*

At circa teſtes tunicæ ſunt *Latinis carentes nominibus à Græcis autem* erythroides una, dartos altera nominatur : nervus quoque cum arteria concavus ad teſtem pervenit, *qui ſuſpenſor à noſtris dici poteſt:* cremaſtera *Græci* nuncupant : venulæ pariter ad teſtes, unde nutriuntur : hæque teſtium altrices nominantur.

Aliarum quoque venarum nomina, (ut ſemel dicam,) hæc ſunt : ſi gracilem tunicam habent, ſanguinéque complentur, venæ ſunt : omnes verò magnæ venæ cavæ appellantur : poſtea inter medicos uſus obtinuit, ut ea vena quæ à jecore in renes propagines mittit, cava diceretur : in ea praxagoras initium eſſe febrium affirmavit : ſolámque eam cavam ipſe nominavit. Cæterùm alii & eam quæ ſurſum in cor per tranſverſum diſcrimen evadit, alii & hanc, & priorem unico vocabulo hepatitin, (*Latine jecorariam dixeris,*) vocitant : à liene exeuntem ſplenitin, *id eſt lienariam.* Cæterùm non quemadmodum in jecore, ita & in liene ſurſum verſus, deorſúmque in ſiniſtra parte diſcurrens ulla vena reperitur : qui verò id aſſerunt, impudenter mentiuntur : quandoquidem venulæ in lienem pertinentes & graciles ſunt, & ibidem in liene finiuntur. Philiſtio Italus medicus pro Dorienſium eam partem incolentium more, quaſdam venas

καὶ ἀμφίδιον ὀνομάζει ἀπὸ τῶν κυκλοτέρων σιδηρίων τῶν πρὸς τοῖς ἀρότροις· εἶτα τὸ κοίλωμα τὸ ἐφεξῆς, γυναικεῖον κόλπον, καὶ αἰδοῖον τὸ σύμπαν σὺν τοῖς ἐπιφανέσι.

Περὶ δὲ τὰς διδύμας εἰσὶ χιτῶνες ἐρυθροειδεῖς, καὶ δαρτοί· καὶ νεῦρον εἰς τὸν δίδυμον καθῆκον κοῖλον, καὶ ἀρτηρία, ὃ καὶ κρεμαστὴρ καλεῖται, καὶ φλεβία δι' ὧν τρέφονται οἱ δίδυμοι, καὶ ταῦτα τρέφοντα τὸν δίδυμον καλεῖται.

Τῶν δὲ ἄλλων φλεβῶν τὰ ὀνόματα, τὸ μὲν κοινὸν ἁπάντων εἰπεῖν, τὰ λεπτὰ τῷ χιτῶνι ἀγγεῖα καὶ ἔναιμα φλέβες καλοῦνται, καὶ πᾶσαι αἱ μεγάλαι κοῖλαι· ὕστερον δὲ δι' ἔθος ἔσχον οἱ ἰατροὶ κοίλῃ ὀνομάζειν, τιλύν τε ἀπὸ ἥπατος ἐπὶ νεφρὸς πέμπουσαν τὰς ἀποφύσεις, ἔνθα φησὶν ὁ Περιγένης τιλὴ πρώτῃ ἀρχὴ εἶναι τῶν φλεβῶν, καὶ ἕτος κοίλῃ μόνῃ ταύτῃ καλεῖ· ἄλλοι δὲ καὶ τιλὴν ἄνω διὰ τῶν φρενῶν ἐπὶ καρδίαν τείνουσαν· οἱ δὲ καὶ ταύτῃ τε καὶ τὴν πρότερον ἑνὶ ὀνόματι ἡπατῖτιν ὠνόμασαν· καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ σπληνὸς, σπληνῖτιν. ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἀπὸ τοῦ σπληνὸς, ὥσπερ ἀπὸ τοῦ ἥπατος ἄνω καὶ κάτω διὰ τῶν ἀριστερῶν πεφυκυῖα φλὲψ, ἀλλὰ τοῦτο ψευδόμενοι λέγουσι. τὰ δὲ ἐπὶ τὸν σπλῆνα τείνοντα φλεβία, λεπτά τε ἐστὶ, καὶ αὐτοῦ πρὸς τὸν σπλῆνα περαίνεται. Φιλιστίων δὲ ὁ ἀπὸ Ἰταλίας, κατὰ τὸ ἐπιχώριον τοῖς ἐκεῖ δωριεῦσιν, ἀετοὺς τινὰς ὀνομά-

ζει φλέβας, τὰς διὰ κροτάφων ἐπὶ κεφαλὴν τεινούσας. Ἱπποκράτης δὲ τὰς ἀπὸ καρδίας αὐθις δρακοντίδας ὀνομάζει· Ηρόφιλος δὲ ἀρτηριώδη φλέβα, τῷ παχυτάτῳ καὶ μεγίστῳ τῷ ἀπὸ τῆς καρδίας καλεῖ φερομένῳ ἐπὶ τὸν πνεύμονα. ἔχει γὰρ ὑπεναντίως τῷ πνεύμονι πρὸς τὰ ἄλλα· αἱ μὲν φλέβες ἐντᾶυθα ἐρρωμέναι καὶ ἐγγυτάτω τῇ φύσιν ἀρτηριῶν· αἱ δὲ ἀρτηρίαι ἀσθενεῖς, καὶ ἐγγυτάτω τ̃ φύσιν φλεβῶν. ἐπανθισμὸς δὲ πρῶτον μὲν ὧν οἶδα ὠνόμασε Διονύσιος ὁ τῆ Οξυμάχῳ, καὶ φησὶν ὁ Εὔδημος λέγεσθαι τῷ φλέβα ἐπανθισμόν· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ Διονύσιος ἐοικὸς μὲν τῇ φλεβὶ τὸν ἐπανθισμὸν ὀνομάζειν. οὐ μὴν αὐτὸ φλέβα, ἀλλά τι καὶ ἄλλο ἐπίκτητον ἀγγεῖον αἵματος. δηλοῖ πολλάκις ἐν τῷ αὐτῷ φλέβα, καὶ ἐπανθισμὸν, καὶ ἀρτηρίαν ὀνομάζων. οὐ γὰρ ἂν εἴπερ ταυτὸν ἦν φλεβὶ, ὕτως ὠνόμαζεν. εἰ γὰρ μηδέν ἐστιν ἕτερον πλὴν τῷ φλέβα ἐπανθισμός· ἀλλ' ἐκεῖνός γε ᾤετο, καὶ οὕτως ἐκάλει.

Τὰς δὲ ἀρτηρίας τὸ ἀρχαιότατον φλέβας ὠνόμαζον· καὶ σφύζειν ὁπότε λέγοιεν τὰς φλέβας, ἀρτηρίας ἐβούλοντο καλεῖν. ἀρτηριῶν γὰρ τὸ σφύζειν ἔργον. ἔλεγον δὲ καὶ αὐτὰς καὶ πνευματικὰ ἀγγεῖα, καὶ σήραγγας, καὶ κενώματα, καὶ ὕδωρ. αὐτῷ δὴ Αριστοτέλης ἐξαιρέτως τῷ διὰ τῆς ῥάχεως ἀρτηρίαν ὀνομάζει, ἥ τις μεγίστη πεφυκυῖα τυγχάνει τῇ ῥάχει. ταύτῳ δὲ παχεῖαν Πραξαγόρας εἰώθασι καλεῖν. καρωτίδας δὲ τὰς διὰ τ̃ τραχήλου κοίλας ὠνόμαζον πάλαι, ὅτι πιεζόντων καρώδεις καὶ ἄφωνοι ἐγίνοντο. ὤφθη δὲ νῦν τὸ

πά-

venas, quæ per tempora in caput aſcendunt, aquilas vocat : venas à corde illico naſcentes, dracontida Hippocrates nominat. Herophilus venam craſſiſſimam grandiſſimámque ex corde pulmones petentem arterialem appellavit : in pulmonibus enim contra atque in aliis res habet : nam venæ in his validæ ſunt, proximèque ad arteriarum naturam accedunt : arteriæ contra imbecillæ, venarúmque naturam ſapiunt. Omnium autem quos noverim, primus Dionyſius Oxymachi efflóreſcentiam, *Græcè* epanthiſmon nomen novum adinvenit : aitque Eudemus efflóreſcentiam venam appellari. Sed mihi quidem Dionyſius rem venæ ſimilem efflóreſcentiam, neque idem venam atque efflóreſcentiam, ſed quoddam aliud adventitium ſanguinis receptaculum vocare viſus eſt : idque ipſe ita eſſe teſtatus eſt, eodem loco ſæpius venam, efflóreſcentiam, arteriámque inculcans, ac repetens : neque enim, ſi rem eandem venam efflóreſcentiámque putaret, ita unquam locutus eſſet : nam etſi nihil aliud efflóreſcentia, quàm vena eſt, nihilominus ipſe aliter ſenſit, atque appellavit.

Arteriis præterea vetuſtiſſimi *Græci* venæ nomen impoſuerunt, cúmque venas micare dicebant, arterias intelligebant : arteriarum enim micare, ſeu palpitare munus eſt. Eas etiam aortas, & ſpirabilia vaſa, & cavernas, & inanitates & nervos appellarunt. Aortam verò eam præcipuè Ariſtoteles vocat, quæ per dorſum omnium maxima fertur : hanc craſſam Praxagoras appellare conſuevit. Cavas autem per collum ſubeuntes carotidas, id eſt ſomniferas antiqui nominarunt : quoniam compreſſæ

hominem ſopore gravabant, vocémque adimebant. Cæterùm noſtro ſæculo non arteriarum, ſed nervorum ſenſoriorum propè jacentium id vitium eſſe compertum eſt: quare ſi nomen permutare volueris, nihil peccati admiſeris.

Nervi à cerebro, ſpinæque medulla prodeuntes activi, ſenſorii, electivi, atque toni: qui circa artus ſunt, copulativi dicuntur: craſſæ autem ex occipitio propagines, quæque ad calcem è muſculo naſcentes feruntur, tendonis vocabulum habent. Cartilagines ſunt, in quas oſſa degenerant, nervis duriores. Membranæ tenuia ſunt velamenta: tunicæ, craſſiora. Adeps, pinguiſſima eſt alimenti concretio. Caro autem in viſceribus illud eſt, quod inter vaſcula concretum reperitur, ſub tegmen quoddam, ac veluti receptaculorum texturæ factum; quò inania ejus ſpatia compleantur. In muſculis caro pars fibroſa ac firma eſt, & quæ in ulceribus, oſſiúmque cavis recens concreſcit. Medulla verò in dorſo dorſalis, in vertebris ſpinalis; has etiam ambiens membranula ſpinalis dicitur. Medulla intra calvam contenta cerebrum eſt: ſed in aliis oſſibus oſſalis vocatur: ſive in magnis inſit cavis, ut in femore atque humero, ſive *in anguſtis foraminibus, quas* ſerangas, *id eſt cavernas, vocant,* ut in coſtis ac jugulis.

Sanguis calidiſſimus eſt, flaviſſimúſque ſuccus. Pituita album craſſum, ac ſubſalſum excrementum eſt: quod cum reſiccatur, nigreſcit. Bilis flava amarum eſt, ac flavum excrementum: porracea acris eſt, atque ſubviridis: æruginoſa verò eſt valdè mera, atque ſyncera. Atra bilis autem ſanguinis craſſa-

πάθημα οὐ τῶν ἀρτηριῶν, ἀλλὰ νεύρων αἰσθητικῶν περφυκότων πλησίον· ὥστε εἰ ἐθέλοις μεταθεῖναι τοὔνομα, οὐκ ἂν ἁμαρτάνοις.

Νεῦρα μὲν, τὰ μὲν ἀπ' ἐγκεφάλου καὶ νωτιαίου, κινητικὰ καὶ αἰσθητικὰ, καὶ προαιρετικὰ, καὶ τόνοι· τὰ δὲ περὶ τὰ ἄρθρα συνδετικά· αἱ δὲ παχεῖαι ἐκ τῶν ἰνίου ἐκφύσεις, καὶ τὰ εἰς τὴν πλέρναν ἐκ τῶν μυὸς ἐκφυόμενα, τένοντες· χόνδροι δὲ τὰ ἐπὶ τοῖς πέρασι τῶν ὀστῶν· σκληρότεροι δὲ τῶν νεύρων. ὑμένες δὲ τὰ λεπτὰ καλύμματα, χιτῶνες δὲ τὰ παχύτερα τῶν καλυμμάτων. πιμελὴ δὲ τὸ λιπαρώτατον πῆγμα τῆς τροφῆς. σὰρξ δὲ τὸ ἐν τοῖς σπλάγχνοις μεταξὺ τῶν ἀγγείων πεπηγὸς, ἀλλὰ ὑφή τις καὶ πλήρωμα τῶν πλέγματος τῶν ἀγγείων, ὡς μὴ τὰ κενὰ μεταξὺ ᾖ· καὶ τῶν μυῶν ἰνώδης, καὶ σπερμὰ καὶ ἡ ἐπὶ τοῖς ἕλκεσι καὶ τοῖς κοιλώμασι τῶν ὀστῶν ἄρτι πηγνυμένη. μυελὸς δὲ ὁ μὲν ἐν τῇ ῥάχει, ῥαχίτης· ὁ δὲ ἀπὸ νώτου, νωτιαῖος, καὶ ἡ περὶ αὐτὸν μῆνιγξ, νωτιαία· ὁ δὲ ἐν τῷ κρανίῳ, ἐγκέφαλος· ὁ δὲ ἐν τοῖς ἄλλοις ὀστέοις, ὀστίτης, ἐὰν τὲ ἐν μεγάλοις ὑπῇ κοιλώμασιν ὥσπερ ἐν μηρῷ, καὶ βραχίονι· ἐάν τε ἐν σήραγξιν, ὥσπερ ἐν πλευραῖς καὶ κλεισίν.

Αἷμα δὲ ὁ θερμὸς καὶ ξανθὸς καὶ χυμός· φλέγμα δὲ τὸ λευκὸν καὶ παχὺ, καὶ ἡσυχῇ ἀλυκὸν περίττωμα. τοῦτο δὲ ὅταν αὐανθῇ, μέλαν φλέγμα. χολὴ ξανθὴ μὲν, τὸ πικρὸν καὶ ξανθὸν περίττωμα· περσοειδὴς δὲ, ἡ ὀξεῖα καὶ ὑπόχλωρος· ἰώδης δὲ, ἡ ἰσχυρῶς κατακορὴς καὶ ἄκρατος·

μέλαινα

μέλαινα δὲ, ἡ ὑποσάθμη τοῦ αἵματος. ἄλλοι δὲ τὸ μέλαν αἷμα, μέλαιναν καλοῦσι. τὰ δὲ ὑπόλοιπα περιττώματα, σίελος μὲν ἡ τοῦ στόματος ὑγρότης· μύξα δὲ τὸ ἁλμυρὸν περίττωμα τοῦ ἐγκεφάλου. ἱδρὼς δὲ ἡ κατὰ πᾶν τὸ σῶμα ὑγρότης. οὖρον δὲ τὸ ἐν κύστει νιτρῶδες ὑγρὸν κατιόν· φῦσα δὲ τὸ ἐν τοῖς ἐντέροις περιττὸν πνεῦμα· κνῳελὶς δὲ ὁ ἐν τοῖς ὠσὶ ῥύπος· καταμήνιον δὲ αἱ ἐν ταῖς θήλεσιν ἀπὸ μηνὸς αἱματώδεις ἐκκρίσεις. ὅταν δὲ λευκὰ ἀποφέρηται, καταμήνιον οὐ καλεῖται, ἀλλὰ ῥοῦς· γάλα δὲ ἡ ἐν τοῖς μαστοῖς πέψις τῆς τροφῆς. σπέρμα δὲ καὶ θορὴ καὶ γόνος τὸ αὐτὸ, ἡ ἐν ὑγιαινούσαις γονιτικὴ πέψις ὁμοῦ πνεύματος καὶ τροφῆς. Περιξαγόρας δὲ ἴδιον τρόπον τὰς χυμὰς ὠνόμασε, γλυκὺν, καὶ ἰσόκρατον, καὶ ὑαλοειδῆ· τούτους μὲν καὶ τὴν ἰδέαν τοῦ φλέγματος· ἄλλους δὲ ὀξὺν καὶ νιτρώδη, καὶ ἁλυκὸν, καὶ πικρόν· τούτους δὲ ὡς γευσομένῳ φαίνεται· ἄλλους δὲ, περιττοειδῆ μὲν τῇ χρόᾳ, λεκιθώδη δὲ καὶ τῇ παχύτητι· ἄλλους δὲ, ξυσικὸν μὲν, ὅτι ξύεσθαι παρασκευάζει· σάσιμον δὲ, ὅτι ἐν ταῖς φλεψὶν ἐνέσηκε, καὶ οὐ διαδίδωσιν εἰς τὴν σάρκα, διὰ τὸ λεπτοὺς καὶ φλεβώδεις εἶναι τοὺς σασίμους χυμούς. τὸν δὲ ὅλον χυμὸν ὁ Περιξαγόρας πᾶν τὸ ὑγρὸν καλεῖ· ὁ δὲ Μνησίθεος, τοῦτον μὲν χυλὸν, τὴν δὲ γευστικὴν δύναμιν, ἐάν τε ἐν ξηρῷ, ἐάν τε ἐν ὑγρῷ ᾖ, χυμόν. θερμασίαν δὲ καὶ πνεῦμα Ζήνων τὸ αὐτὸ εἶναί φησιν· οἱ δὲ ἰατροὶ διαιροῦσι, πνεῦμα μὲν τὸ ἀνα-

craſſamentum eſt. Alii nigrum ſanguinem atram eſſe bilem aſſeverant, reliqua excrementa hujuſmodi ſunt: ſaliva quidem oris eſt humiditas. Mucus ſalſum eſt cerebri purgamentum. Sudor eſt per omne corpus effuſa humiditas. Urina eſt nitroſus humor in veſicam delabens. Flatus eſt in inteſtinis ſupervacuus ſpiritus. Cypſelis ſunt aurium ſordes, *quas cerumina, aut marmorata veteres Latini appellitabant.* Menſes in mulieribus ſunt menſtrua per vulvam ſanguinis excrementa: quæ cùm alba ſunt, non menſes ultra, ſed profluvium nominatur. Lac eſt in mammis alimenti concoctio. *Semen, Græcè* ſperma, thora, & gonos, *hoc eſt genitura* idem ſignificant: id verò eſt ſpiritus ſimul, atque alimenti genitalis in aſſeſſoribus concoctio. Praxagoras peculiari quodam modo ſuccos nominavit, dulcem, temperatum, & vitreum: hos à pituitæ ſpecie ſic vocavit: item acidum, nitroſum, ſalſum, & amarum: hos ita, ut guſtatus judicat, appellavit: alios præterea porraceum quidem ex colore, vitellinum verò ex craſſitudine: alios quoque abraſorios, quoniam abraſuram parant: alios ſtagnantes, quod in venis inhæreant, neque in carnem ſubeant, quia tenues, intra venaſque abſorpti quieſcunt: in ſumma, omne liquidum Praxagoras chymon appellat. At Mneſitheus, *quod liquidum eſt,* chylon, *id eſt ſuccum* nominat: ſed guſtatilem qualitatem, ſive in arido, ſive in liquido poſitam, chymon, *id eſt ſaporem* vocat. Calorem autem, atque ſpiritum Zeno idem eſſe cenſuit. Sed medici diſtinxerunt, ſpiritum, quem ſpirando trahimus, calorem autem ſpiritus eliſionem appellantes. Alii

Alii vitæ quoddam principium *calorem eſſe dixerunt*.

Fœtus membranis involvitur: quarum tenuem ac molliorem amnion vocat Empedocles, *agninam Latinè dicito*. Inde & ilithya, *quæ partui præeſt*, amnias mihi agnominari viſa eſt: non à Cretæ, *ut alii exiſtimant*, quodam portu. Nos hanc tunicam diſſecantes, humoris cujuſdam longè illo, qui in ſecundinis continetur, mundioris plenam invenimus: accuratéque æſtimantibus veluti quidam fœtus ſudor videbatur: per urinaculum verò humorem quendam in ſecundinas inſtar urinæ tranſfundi cognovimus. Sed amnius interior fœtui, ſecundinæ exterius vulvæ brevis atque venoſa tunica adhærebant: è ſecundinis umbilicus oritur ex duabus venis totidémque arteriis compoſitus, & ex quinto appellato urinaculo, brevi vaſculo, utrinque cavo, è veſicæ fundo in ſecundinas intrante.

Plurima in homine reperta hujuſmodi appellationibus inſignire oportet: quòd, ſi quid in his omiſſum fuerit, non ideò tamen plurima ob pauca quædam conniventibus oculis præterita aſpernari conveniet.

ἀναπνεόμενον· θερμὸν δὲ τῷ ἔκτειψιν τῶ πνεύματος· οἱ δὲ ζωῆς ἀρχήν τινα.

Τὸ δὲ βρέφος περιέχεται χιτῶσι, τὸ μὲν λεπτὸν καὶ μαλακὸν, ἄμνιον αὐτὸν Ἐμπεδοκλῆς καλεῖ· ἐντεῦθεν, μοι δοκεῖ, καὶ εἰλείθυια ἀμνιὰς ἐπωνόμασαι· καὶ μᾶλλον ἢπερ ἀπὸ τῆς ἐν Κρήτῃ λιμένος. ἐωρῶμεν δὲ ἀνατέμνοντες τῆτον τὸν χιτῶνα περιέχοντα ὑγρὸν, πολὺ δὲ καθαρώτερον τῆς ἐν τῷ χορίῳ, καὶ λογιζομένοις μὲν ἐφαίνετο ὥσπερ ἱδρὼς εἶναι τῆς βρέφους. τὸ δὲ διὰ τῆς ουρήχου ὥσπερ ὄρον εἰς τὸ χορίον ἐκδιδόναι· ἀλλ' ὁ μὲν ἄμνιος ἔνδοθεν λεῖος καὶ περὶ τῷ βρέφει· τὸ δὲ χορίον ἔξω καὶ περὶ τῇ ὑστέρᾳ βραχὺς καὶ φλεβώδης χιτών· ἐκ δὲ τῆς χορίου ἐκπεφύκασι ὁ ὀμφαλὸς, δύο φλέβες καὶ δύο ἀρτηρίαι, καὶ περιπλόος ὁ καλούμενος οὖραχος, ἀγγεῖον βραχὺ καὶ ἀμφίσομον διὰ τοῦ πυθμένος τῆς κύστεως εἰς τὸ χορίον ἐμβάλλων.

Τὰ μὲν πλεῖστα τῆς ἀνθρώπου ἔτω χρὴ καλεῖν· εἰ δέ τι ἐν τούτοις καὶ παρελέλειπται, οὐ μὴν δίκαιον τὰ πολλὰ ἀτιμάσαι, διὰ τινα ὀλίγα παροφθέντα.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΟΝΟΜΑΣΙΩΝ

ΤΩΝ

ΚΑΤΑ ΑΝΘΡΩΠΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

ΕΙ τις τὴν κιθαριστικὴν μέλοι διδαχθήσεσθαι, ἀνάγκη πρὸ τῆς πάσης διδασκαλίας μαθεῖν τῶν τε χορδῶν διηγάνειν ὀπισημόνως, ἑκάστης τὲ τούτων τὸ ὄνομα λέγειν· ἔτι μὴν καὶ οἱ γραμματισταὶ πρὸ τῆς ἀναγνώσεως καὶ τῆς ἄλλης διδασκαλίας, καὶ τὴν τῶ στοιχίων ὀνομασίαν ὁμοίως προδιδάσκουσιν. ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν τῇ γεωμετρίᾳ, τὶ ἐστὶ γραμμὴ, καὶ τὶ ὀπιφάνεια, καὶ ὀπίπεδον, καὶ σχῆμα τρίγωνον, καὶ κύκλος, καὶ τὰ ὅμοια· εἰδέναι ἢ δεῖ ὁ, τι ἕκαστον αὐτῶν ἐστί τε καὶ ὀρθῶς ὀνομάζεται. καὶ ὀπὶ τῶν ἄλλων ἢ τεχνῶν τὴν πρόγνωσιν καὶ ὀνομασίαν ὁμοίως προδιδάσκουσιν ἀναγκαιότατον οὖν τοῖς τὴν ἰατρικὴν τέχνην μανθάνουσι προδιδαχθῆναι τὴν στοιχείωσιν ὡς χρὴ καλεῖν ἕκαστον μόριον

EJUSDEM

DE

CORPORIS HUMANI PARTIUM

APPELLATIONIBUS

Alter LIBER I.

I quis fidibus canendi artem doceri cupiat, ante omnia fides peritè tractare, ſinguláſque propriis nominibus appellare diſcat, neceſſe eſt. Grammatiſtæ ante legendi, cæteræque doctrinæ ſcientiam, elementorum nomina pueros prædocent: necnon in geometria, quid linea ſit, quid ſuperficies, quid planum, quid figura triangula, quid circulus, id genúſque alia, quoque ritè nomine appellentur, prædiſcere opus eſt: in aliis itidem artibus prænotiones vocabulorum ſimiliter edocent. Medicam itaque artem capeſcere optantibus elementa prius tradere perquàm neceſſarium eſſe duxi: ut quæque videlicet corporis pars rectè nominanda ſit:

quandoquidem diviniſſimus Hippocrates in libro, qui inſcribitur de Locis in homine, ita loquitur: Corporis autem natura ſermonis in medicina principium eſt. Nos igitur etiam à ſimplicioribus exteriúſque aſpectui ſubjectis exorſi, eorum prænotionem appellationéſque trademus.

Maximæ corporis partes, caput, collum, thorax, manus, cruráque ſunt. Thoracem non ſolum à jugulis ad præcordia uſque, ſed totum à jugulis uſque ad genitalia vocamus.

Caput, quod capillis intectum eſt, ſimul etiam cum facie & alia ſic appellantes comprehendimus: prior capillata pars ſynciput dicitur: in quo & ſutura eſt, quoniam ipſi coronas circumponimus, corona vocata, posterior occiput: partes ab utraque ſyncipitis parte tempora: pars media, quâ maximè convolvuntur capilli, vertex: ſub ſyncipite frons ſita eſt: in temporibus pilorum exortus iuli *Græco vocabulo*, *Latinè lanugo*: poſteriores occipitis pili *à Græcis* chetæ *à noſtris crines dici poſſunt*: ultimam frontis rugam epiſcenion *Græci dicunt*, quod ſupertentorium noſtris ſonat: partes frontis pilis hirtæ ſupercilia ſunt: horum media intercapedo meſophryon *apud Græcos eſt*, *Romanis glabella*: inde naſus porrigitur.

Naſi extremum globulus dicitur: quod naſum in duas cavernulas diſtinguit, interſeptum: à globulo carnoſum quoddam in labium deſcendens, columna eſt: naſi cava ab utroque interſepti latere, per quæ olfactus præſtatur, nares vocantur.

naſi

μόριον τοῦ ζώματος. καὶ γὰρ ὁ θειότατος Ἱπποκράτης ἐν τῷ περὶ τόπων τῶν κατ' ἄνθρωπον, φησὶν οὕτως, φύσις δὲ σώματος ἀρχὴ τοῦ ἐν ἰητρικῇ λόγου. καὶ ἡμεῖς οὖν ἀρξάμενοι ἀπὸ τῶν ἁπλουστέρων, καὶ ἔξωθεν μερῶν, τὴν πρόγνωσιν καὶ ὀνομασίαν ἐμοίως ποιησόμεθα.

Εστι δὲ τὰ μέγιστα μέρη τοῦ ζώματος κεφαλὴ, καὶ αὐχὴν, καὶ θώραξ, καὶ χεῖρες, καὶ σκέλη. θώρακα γὰρ οὐ μόνον τὸ ἀπὸ τῶν κλειθῶν μέχρι τῶν ὑποχονδρίων καλοῦμεν, ἀλλὰ καὶ τὸ σύμπαν ἀπὸ τῶν κλειθῶν μέχρι τῶν αἰδοίων.

Κεφαλὴν δὲ καὶ τὸ τελεχωμένον καλοῦμεν, καὶ σὺν τῷ προσώπῳ· καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως συμπεριλαμβάνομεν ὀνομάζοντες· τοῦ οὖν τετελεχωμένου, τὸ μὲν ἔμπροσθεν καλεῖται βρέγμα, ἐφ' οὗ τέτακται ἡ καλουμένη στεφάνη, περὶ ἣν τοὺς στεφάνους τίθεμεν· ἰνίον τὸ ὀπίσω. τὰ ἑκατέρωθεν τοῦ βρέγματος, κρόταφοι καὶ κόρσαι· τὸ ἐν μέσῳ καθ' ὃ δὴ μάλιστα εἱλοῦνται αἱ τρίχες, κορυφή. ὑπὸ δὲ τῷ βρέγματι κεῖται τὸ μέτωπον. αἱ δὲ ὑπὲρ τοὺς κροτάφους τῶν τριχῶν ἀνφύσεις, ἴουλοι· καῖται δὲ καὶ αἱ ὄπισθεν κατὰ τὸ ἰνίον. ἡ δὲ τοῦ μετώπου ἐσχάτη ῥυτὶς, ὀπισκύνιον. τὰ δὲ τετελεχωμένα τοῦ μετώπου ὀφρύες. τούτων ἡ μεσότης, μεσόφρυον, ἀφ' οὗ ἡ ῥὶς τέταται, ἧς τὸ ἄκρον σφαιρίον καλεῖται. τὸ δὲ ὑποκείμενον, διάφραγμα· ἀπὸ δὲ τοῦ σφαιρίου τὸ καθῆκον σαρκῶδες ἐπὶ τὸ χεῖλος, νίον. μυξωτῆρες τὰ κοιλώματα ἐξ ἑκατέρου μέρους δι' ὧν γίνεται ὄσφρησις· περύγια ῥινὸς λέγεται τὸ

τὰς

τὰς κοιλότητας ταύτας περιέχον· τὸ δὲ ὑπὸ τῇ κίονι κοῖλον τὸ ἐπάνω χείλους, φίλτρον καλεῖται. πᾶν δὲ τὸ μεταξὺ ῥῖνα τοῦ ἄνω χείλους, ὑπόῤῥινον, εἶτα χείλη δύω, ὧν τὰ ἄκρα πρόχειλα, τὸ δὲ σύμβλημα τῶν χειλέων, πρόσομον.

Ὑπὸ δὲ ταῖς ὀφρύσιν ὑπόκεινται οἱ ὀφθαλμοί. αὐτοὺς δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς τὰ σκέποντα, βλέφαρα· ὧν τὸ μὲν ἄνωθεν, τὸ δὲ κάτωθεν. αἱ δὲ συμβολαὶ αἱ ἐν τῷ ἐπιμύειν γινόμεναι, ταρσοί· αἱ δὲ τρίχες, αἱ ἐκ τῶν βλεφάρων ἐκπεφυκυῖαι βλεφερίδες· τὰ δὲ πέρατα τῶν ταρσῶν, κανθοί, ὧν ὁ μὲν πρὸς τῇ ῥινὶ μέγας, ὁ δὲ πρὸς τῷ κροτάφῳ μικρός. κόραι αἱ ὄψεις· γλαῦκαι τὰ μέσα τῶν ὀφθαλμῶν δι' ὧν ὁρῶμεν· οἱ δὲ ὄψιν μὲν ᾧ βλέπομεν· κόρην δὲ καὶ γλήνην, τὸ εἴδωλον τὸ ἐν τῇ ὄψει· τὰ δὲ μὴ ταῦτα μέλανα, ἢ γλαυκὰ, ἢ χαροπὰ, ἀπὸ τῆς χροίας καλεῖται. ἶρις δὲ ὁ κύκλος ὁ ζωνάπλεως τὸ λευκόν· τὰ δὲ ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὑπώπια, οἷς ὑπόκεινται ἐπαναστάσεις τινὲς, αἱ καλοῦνται μῆλα, οἷς ἐρυθριῶμεν. ἀπὸ δὲ τῶν μήλων αἱ καλούμεναι παρειαὶ, καὶ σιαγόνες, καὶ γνάθοι, ὧν αἱ γραῦες ἀπολήγουσιν εἰς τὸ ἄποξυ τῶν κάτω γναθῶν τὸ γήρειον. ἀφ' ὃ στόμα μέχρι τοῦ κάτω χείλους περιφερές τε καὶ ἐξέχον. τὸ δὲ ὑπόπιον ὑπὸ τὸ γένειον σαρκώδες, ἀνθερεὼν, οἱ δὲ λοφανίαν· οἱ δὲ ἀνθερεῶνα μὲν τοῦτο, λοφανίαν δὲ τὸ πρὸς κλειδὶ κοῖλον ὀνομάζουσιν.

Ὦτα καλοῦνται αἱ ἐπαναστάσεις αἱ ἐξ ἑκατέρου μέρους τῶν κροτάφων πρὸς τοῖς τέρμασι πεφυκυῖαι· ὧν τὰ μὲν τρήματα,

naſi alæ, ſeu pinnæ hujuſmodi cava ambientes ſunt: ſub columna ſubſidens cavitas ſupra labium philtron *Græcè, Latinè amatorium* dicitur; totum verò, quod infra naſum ſupra labia eſt, hyporrhinon appellant: deinde labia duo, quorum ſumma prochila *Græci* dicunt, tu prolabia, ſi lubet, dicito; quâ committuntur autem proſtomion eſt.

Sub ſuperciliis oculi ſunt: quæ oculos contegunt, palpebræ ſunt: harum altera ſupra, altera infra eſt: quarum in connivendo congreſſus tarſos vocant: pili ex palpebris enati, cilia ſunt. Tarſorum extrema, anguli, magnus naſo, exiguus tempori finitimus. Coræ pupillæ ſunt: glenæ oculorum media, per quæ videmus. Alii pupillam id vocant, quo videmus, coram autem & glenam ſimulacrum in pupilla conſpicuum: poſt hæc autem, quæ ſunt nigra, cæſia, aut ſplendida, à colore nominantur: iris circulus eſt prædicta albo continuans. Sub oculis loca hypopia *Græcè, Latinè ſubocularia ſunt.*

His inſurgentes eminentiæ ſubjacent malæ vocatæ: quæ per pudorem erubeſcunt: ſub his maxillæ, ſeu mandibulæ: quarum inferioris extremum in acutum deſinit, mentúmque eſt: à quo uſque ad inferius labium os ſit rotundum, atque prominens: ſub mento carnoſa pars *à Græcis* anthereon, ſeu leucania dicitur: verum alii anthereona hanc partem, leucaniam verò cavitatem juxta jugulum appellant.

Auriculæ eminentiæ ſunt ab utroque tempore juxta extrema collocatæ: quarum cavernulæ meatus

tus auditorii vocantur: per quos audimus ſcilicet: harum inferiores carnoſæque partes fibræ ſunt, ſuperiores cartilaginoſæque pinnæ. Helices, quæ deinde circumferentiam ambiunt: anthelices verò in medio poſt helicem extumeſcentes propè cavitatem particulæ, cavitas ipſa concha dicitur: conchæ oppoſita propè temporis finem elatio tragus, *id eſt hircus* vocatur: huic oppoſita ex craſſiore anthelice antitragus.

Os eſt prima labiorum diviſura, & reliqua omnis uſque ad fauces inanitas: in ore & alia quædam, & dentes ſunt: quorum priores octo inciſores dicuntur: canini hos ſequentes quatuor: reliqui omnes viginti molares ſunt: horum extremi atque interius conditi quatuor ſophroniſteres, *id eſt moderatores, ac temperantes* nuncupantur: qui tum cùm ſapere incipimus, oriuntur: *genuinos Latini vocant*: dentes circumplexæ carunculæ gingivæ ſunt: quarum commiſſura habena dicitur: latæ molarium dentium ſummitates menſæ nominantur: maxillarum cavitates, in quibus dentes defixi ſunt, mortariola atque præſepia. Linguæ exortum radicem vocato: cervicem, quod ſequitur: ejus ſummum progloſſon, quaſi prælinguium dixeris: ejus latera paraſyra, *id eſt aſſequentia*: quod eſt infra linguam hypogloſſis eſt: epigloſſis, quod interius ſupra guttur eſt arteriæ aſperæ tegumentum: quò inter devorandum nihil in pulmones decidat: inter ſpirandum verò, ne ſpiritus aſcenſum impediat, extollitur. Quod ſupra linguam in orbem cavum eſt, cœlum, palatumve dicitur: quæ deinde ſuperius pendet caruncula, columella eſt: quam alii gur-

κρεμῆ, καὶ σαρκώδη, λοβοί· τὰ δὲ χονδρώδη καὶ ἀνωτάτω, πτερύγια· ἕλικες δὲ, τὰ ἐντεῦθεν συνάπτοντα τῇ ὠτοφέρειαν· ἀνθέλικες δὲ, τὰ ἐν μέσῳ ὑπεραίροντα μετὰ τὴν ἕλικα καὶ τὴν κοιλότητα. κόγχη δὲ, τὸ ἀπὸ τῆς ἀνθέλικος κοῖλον· τὸ δὲ ἀπεναντίας τῆς κόγχης ἔξαρμα καλεῖ τὸ πέρας τοῦ κροτάφου, τραγόν· τὸ δὲ ἀνθικρὺ τούτου παχυτέρας τῆς ἀνθέλικος, ἀντίτραγον.

Στόμα δὲ ἡ πρώτη τομὴ τῶν χειλῶν, καὶ ἡ λοιπὴ σύριγξ πᾶσα μέχρι τῆς φάρυγγος. ἐν δὲ τῷ στόματι ἄλλα τέ τινα καὶ οἱ ὀδόντες, ὧν οἱ μὲν ἔμπροσθεν τομεῖς καλοῦνται, ἑκὼ τὸν ἀριθμὸν ὑπάρχοντες. κυνοδόντες δὲ οἱ μετ' αὐτοὺς τέσσαρες· οἱ δὲ λοιποὶ πάντες εἴκοσι, μύλαι προσαγορεύονται. τούτων οἱ ἔσχατοι καὶ ἐνδοτέρω ζωφρονιστῆρες τέσσαρες, οἵ τινες ἡνίκα ἀρχόμεθα φρονεῖν φύονται· τὰ δὲ περὶ τούτους περιέποντα σαρκία, οὖλα· ἡ δὲ ζωΐδεσις τῶν σαρκῶν, χαλινὸς καλεῖται· τράπεζαι δὲ τὰ πλατέα τῶν γομφίων· ὀλμίσκοι δὲ, καὶ φατνίαι αἱ κοιλότητες τῶν γνάθων, εἰς ἃς ἐμπεπήγασιν οἱ ὀδόντες. τῆς δὲ γλώσσης ῥίζα μὲν ἡ ἔκφυσις· αὐχὴν δὲ τὸ ἐφεξῆς· πρόγλωσσον δὲ τὸ ἔμπροσθεν, παράσυρμα δὲ τὰ ἑκατέρωθεν. ὑπογλωσσὶς τὸ ὑποκάτω· ἐπιγλωσσὶς δὲ, τὸ ἔνδον ἐπὶ τοῦ βρόγχου, πῶμα γινόμενον τῆς τραχείας ἀρτηρίας, ὅταν τι καταπίνωμεν, ὑπὲρ τοῦ μηδὲν ἐμπίπτειν εἰς τὸν πνεύμονα· ἀναπνεόντων δὲ καὶ μετέωρόν ἐστιν, ὡς μὴ ἐπικωλύειν τὴν τοῦ πνεύματος ἄνοδον· ἀρτηρὶς ἡ ὑπερῶα, τὸ ὑπεράνω τῆς γλώσσης προφερές· τὸ δὲ ἐντεῦθεν καὶ τὰ ἄνω μέρη ἐπικεκρεμα-

μένον σαρκίον, κιονὶς, οἱ δὲ γαργαρεώνα, οἱ δὲ σαφυλιώ· ὑπόκειται ᾗ αὐτῇ ἡ τῦ βρόγχυ κεφαλή.

Ἐξῆς τραχηλος, τὸ δ' αὐτὸ κ) δειρή· ἔ τὸ μὲν ἔμπροσθεν βρόγχῳ κ) τραχεῖα ἀρτηρία· ἡ ᾗ κ) μέσον ἐπανάστασις, λάρυγξ. τὸ ᾗ ἐπίσω αὐχὴν κ) ἰνίον· τὸ ᾗ πρὸς ταῖς κλεισὶ κοῖλον, ἀνικάρδιον, κ) σφαγή.

Τὰ ᾗ ἀπὸ τῦ τένοντος ὀπὶ τῦς ὤμυς καθήκοντα, ἐπωμίδες. ὦμοι ᾗ αἱ κεφαλαὶ τ Βραχιόνων· ὠμοπλάται δὲ τὰ ὀπίκειμενα τῷ νώτῳ πλατέα ὀστᾶ, ὧν ἡ ἀφὶ μέσυ ὑπερόχη ῥάχις· ἀκρωμία ᾗ οἱ σιώδεσμοι τ κλειδῶν, καὶ τῶν ὠμοπλατῶν. ἐχομένως δὲ κ) αἱ κατακλεῖδες. μασχάλη, ἡ ὑπὸ τῷ ὤμῳ κοιλότης, εἰς ἣν τὰ πολλὰ ὁ ὦμ@ ὀλισθαίνει. ἐξῆς βραχίων· ἡ δὲ γωνία τῦ ἄρθρυ, ἐφ' ἣν κλινόμενοι σκελζόμεθα, ἀγκών, ἢ ὠλέκρανον. τὸ δὲ ἐντεῦθεν ὁ πῆχυς. περαίνε ᾗ εἰς τὸν καρπόν. ἐξῆς ἐστὶ τὸ μεσακάρπιον. ἐξῆς σῆθ@ χειρός· οἱ ᾗ ὑποθέναρ ὑπὸ τὸν μέγαν δάκτυλον, μεθ' ὃν ἡ κοιλότης τ χειρός. δακτύλων ᾗ ὁ μέν τις μέγας ὁ ἀφεστηκὼς τ ἄλλων· ὁ δὲ λιχανὸς ὁ πρῶτος τ δακτύλων τεσσάρων· ὁ ᾗ μέσος, ὁ ᾗ παράμεσος, ὁ ᾗ μικρός. τύτων τὰ ὀστᾶ, σκυταλίδες, ἢ φάλαγγες. κόνδυλοι ᾗ αἱ συγκαμπαί· ἀλλὰ πρῶ) μὲν προκόνδυλοι, τελευταῖαι ᾗ μεσακόνδυλοι. αἱ ᾗ τ ὀνύχων ἀρχαὶ, ῥιζονύχια· τὰ ᾗ πέρατα τ δακτύλων, ῥάγες κ) κορυφαί. θέναρ ᾗ τὸ μεταξὺ διάστημα τῦ λιχανῦ κ) τῦ μεγάλυ

gulionem, uvam alii vocitarunt: ipſi ſubjicitur arteriæ aſperæ caput.

Deinde collum & dera *Græcè*, cujus prior pars bronchus, & aſpera arteria: circa medium prominentia guttur: averſa pars, cervix & occipitium: prope jugula cavum anticardium & jugulatio nuncupatur.

A tendone autem ad humeros pertinentia epomides nominantur. Humeri capita ſunt eorum oſſium, quæ *à Græcis* brachiona, *à noſtris etiam humeri* vocantur. Scoptula operta ſive lata ſcapularum oſſa tergo impoſita lata oſſa ſunt: quorum media eminentia ſpina eſt: jugulorum latorúmque ſcapularum oſſium copulæ acromia dicuntur: continenter claves adſunt, ſeu jugula. Ala eſt ſub humeris cavum, in quod frequenter humerus luxatus delabitur: deinde humerus eſt, qui brachion *à Græcis* vocatur: articuli angulus, quo nitimur inclinati, ancon eſt, ſive olecranon, *Latinè cubitus.* Quod ſequitur, ulna, ſive lacertus ſive brachium eſt, quod brachiali terminatur: poſtea palmæ, deinde manus pectus, alii hypothenaron vocant, ſub pollice eſt: poſtea eſt manus cavitas, quæ vola nominatur. Ex digitis unus ab aliis diſtans magnus, polléxque dicitur. Index autem inter alios quatuor primus eſt, alter medius, tertius annularis, ultimus minimus: horum oſſa ſcuticulæ, aut phalanges, aut internodia vocantur, quorum curvaturæ condyli, ſed primæ procondyli, ultimæ metacondyli, *omnes à Latinis nodi vocati ſunt:* unguium initia radices unguium appellantur: digitorum extrema acini, aut cacumina: interſtitium annularis

ac pollicis thenar eſt. Hippocrates autem totum hunc locum thenar appellaſſe viſus eſt: *qui apud Latinos volæ nomen habet.*

A jugulis autem in parte priori pectus ac ſternon eſt. Tergum verò poſterius à cervice ponitur. Deinde quod appellant metaphrenon, hoc eſt pars è regione ſepti poſita: ſequuntur lumbi pars dorſi infima: in pectore carnoſæ eminentiæ mammæ ſunt, quarum ſumma papillæ: totum, quod ſub ala deorſum verſus protenditur, latus eſt, oſſa coſtæ & ſpathæ: quarum primæ inter ſe committuntur ad terminum oſſis, quod *Græci* ſternon, *Latini os pectoris* nuncupant: qua cor ſitum eſt, phrenes vocantur, aliqui procardiam, quaſi ante cor poſitum, aliqui cor nominant: poſt ipſum eſt ventriculi oſtium: inter coſtas ſpatia intercoſtalia vocant. Spuriæ coſtæ ſunt, quæ non inter ſe coeunt: hæ in cartilagines degenerant.

Muſculoſæ partes ſub cartilaginibus hypochondria *Græcè, ſubcartilaginea Latinè, à quibuſdam præcordia* dicta ſunt. Deinde alvus eſt: quem alii ventrem nominant: quod in medio eſt, epigaſtrion *Græci* vocant, ſuper ventrem ſcilicet cutem: media cavitas umbilicus eſt, ei circumdata cutis vetula vocatur: quòd ea corrugata ſenectam adeſſe ſignificat: quòd ſub umbilico ponitur, abdomen ac ſumen eſt: quod poſtea ad genitalia uſque pertinet, epiſion, pubes ac pecten dicitur.

Genitalium maris quod pendulum eſt, ſtema *Græcè, coles Latinè, peniſque* dicitur: quod non pendet, hypoſtema hoc eſt ſedimentum, aut perineus: ejus extremum præputium eſt. Scro-

μεγάλᾳ δακτύλᾳ. δοκεῖ δέ μοι Ιπποκράτης πᾶν τὸ πλατὺ τῆς χειρὸς θέναρ ὀνομάζειν.

Ἀπὸ δὲ τῶν πλευρῶν τὸ μὲν ἔμπροσθεν, στῆθος καὶ στέρνον· νῶτον δὲ τὸ ἐξόπισθεν ἀπὸ τοῦ αὐχένος. μετάφρενον δὲ μεταξύ· ἔπειτα δὲ ὀσφύες. αἱ δὲ ὑπὸ τῷ στήθει σαρκώδεις ὑποχοαὶ, μαστοὶ καὶ τίτθοι, ὧν τὰ ἄκρα θηλαί. πλευραὶ δὲ καλεῖται πᾶν τὸ ὑπὸ τῇ μασχάλῃ· τὰ δὲ ὀστᾶ, πλευραὶ δὲ σπάθαι· ὧν αἱ σπρῶται ζυνάπτουσιν ἀλλήλαις εἰς τὸ τέρμα τοῦ στέρνου· καθ' ὃ ἡ καρδία ἐστὶν, αἱ φρένες· οἱ δὲ σποκαρδίαν, οἱ δὲ καρδίαν· μεθ' ὃ ἐστι τὸ στόμα τῆς κοιλίας· τὸ δὲ μὴ ταῦτα τῶν πλευρῶν μεσοπλευρίαι. νόθαι δὲ πλευραὶ αἱ μὴ ζυνάπτουσαι ἀλλήλαις· χόνδροι, τὰ πέρατα τούτων.

Ὑποχόνδρια δὲ, τὰ ὑπὸ τοῖς χόνδροις μυώδη· κοιλία δὲ ἡ γαστήρ· τὸ δὲ ἐπιγάστριον τὸ ἐπὶ τῇ γαστρὶ δέρμα. ὀμφαλὸς τὸ ἐν μέσῳ κοῖλον· τὸ δὲ σπεικείμενον δέρμα τῷ ὀμφαλῷ, γραία καθ' ὃ ῥυτιδόμενον τοῦτο γῆρας σημαίνει. τὸ δὲ ὑποκάτω τοῦ ὀμφαλοῦ, ὑπογάστριον καὶ ἦτρον. τὸ δὲ ὑπὸ τοῦτο μέχρι τῆς αἰδοίων, ἐπίσειον, ἢ ἐφήβαιον.

Τῶν αἰδοίων τοῦ μὲν ἄῤῥενος, τὸ μὲν σκρεμὲς, στῆμα· τὸ δὲ μὴ σκρεμὲς, ὑπόστημα, ἢ σπείναιον· τὸ δὲ ἄκρον τούτου πόθη· ὄρχεος δὲ ἐν ᾧ οἱ δίδυμοι· ὧν τὸ μὲν ἄνω κε-

φαλὴ,

φαλὴ, τὸ δὲ κάτω πυθμὴν καλεῖται· τὸ δὲ χαλώμενον τῦ ὀχέος, λακκόπεδον.

Τῆς δὲ γυναικὸς, κλεὶς μὲν τὸ ἄνω· σχίσμα ἢ ἡ πρώτη τομή· τὸ δὲ ἐν μέσω μυῶδες σαρκίον, μύρτον, ἡ νύμφη· μυρτόχειλα δὲ τὰ ἐκπέρωθεν περυγώματα.

Τῆς ῥάχεως τὰ ὀστᾶ, σφόνδυλοι· ἡ δὲ πᾶσα συνθεσις τῶν σφονδύλων ἄκανθα, ἧς τὰ καλωτέρω, ὀσφὺς· τὸ δὲ τελευταῖον τῆς ῥάχεως, ἱερὸν ὀστῦν· οἱ δὲ ὑποσφόνδυλον. τύτυ τὸ ἄκρον, κόκκυξ καλεῖται. τῆς δὲ ὀσφύος παρ' ἑκάτερα, γλυτοὶ. πυγαὶ δὲ μόνον τὸ ὀσφυϊκὸν σαρκῶδη, καὶ ἐφέδρανα καλεῖται.

Βυβῶνες δὲ αἱ ἀρχαὶ τῶν μηρῶν. τῶν δὲ μηρῶν τὰ μὲν ἔσω μέρη, ἀδρημέλα· τὰ δὲ μεταξὺ τύτων πρὸς τὸν πρόσθιον, πληχάδες. οἱ δὲ πρὸς τοῖς γόνασι μύες, ἐπιγονίδες· τὰ δὲ ὀστᾶ ἐπιγονατίδες. Ἱπποκράτης τῦτο μύλλον καλεῖ. γόνυ δέ ἐστι τὸ ἄρθρον τῦ μηροῦ, τὸ πρὸς τῇ κνήμῃ. ἡ δὲ σύγκαμψις, ἰγνύα. γαστροκνήμια δὲ ὁ μέγας μῦς, ὁ ὄπισθεν τῆς κνήμης, ἀφ' οὗ τὸ παχὺ νεῦρον τὸ πρὸς τῇ πτέρνῃ. τῶν δὲ ὀστῶν, τὸ μὲν ὀπίσω, κνήμη· τὸ δὲ ἔμπροσθεν, ἀντικνήμιον. τὰ δὲ ἄκρα πρὸς τοῖς ποσὶ σφυρά· ἀστράγαλοι δὲ ὐκ ὀρθῶς ὀνομάζονται. εἰσὶ μὲν γὰρ, ἀλλ' ὐκ ἐμφανεῖς. πτέρνα τὸ ὄπισθεν πρόσφυσις τῦ ποδός. τὸ δὲ ἔμπροσθεν, κοῖλον· τὸ δὲ μόνον τῦτο καλεῖται πρόσθιον, οὗ τὸ ἐπάνω ταρσός· πέζα δὲ ἡ πᾶσα θέσις τῦ ποδός· δάκτυλοι δὲ, ὁμοίως τοῖς χερσὶν ὀνομάζονται.

tum quo teſtes continentur, appellatur: eorum ſuperior pars caput eſt, inferior fundum: partem laxiorem ſcroti laccopedon dicunt.

Muliebrium locorum pars ſuperior pecten eſt: fiſſum verò prima diviſio: in medio ſita muſculoſa caruncula myrton, aut nympha eſt: myrtochila verò à lateribus collocatæ pinnæ.

Dorſi oſſa vertebræ ſunt: univerſa vertebrarum compago ſpina dicitur: cujus infima pars lumbi: poſtremúmque dorſi ſacrum os eſt: quod aliqui hypoſpondylon, *id eſt ſubvertebrum, ut verbum verbo reddatur*, appellarunt. Hujus extremum coccyx eſt, *Latinè cuculus*: à lumborum lateribus nates ſunt: poſt lumbos carnoſæ partes clunes appellatæ ſitæ ſunt: quæ & ephedrana, quòd ſedendo commodæ ſint, *à Græcis* nominantur.

Inguina ſunt femorum principia: femorum partes interiores fœmina ſunt, quæ partes inter has perineúmque ſunt, plichades *à Græcis* dicuntur. Muſculi ad genua tendentes epigunides *Græco nomine* vocantur: oſſa ſuperjacentia epigunatides: hæc Hippocrates molas vocat, *Latini patellas*. Genu eſt femoris cum crure connexio: ſub quo poples eſt. Sura eſt poſterior magnus cruris muſculus: unde latus nervus ad calcem tendit: oſſium verò poſterius item ſuram, prius tibiam dicito: extrema pedibus propinqua malleoli, à nonnullis tali, ſed non rectè dicuntur. Tali tamen & ipſi adſunt, ſed non oculis conſpicui. Calx poſterior eſt pedis rotunda pars: poſt quam cavum pedis eſt: poſt hoc verò planta, ſeu veſtigium: cui oppoſitum ſupremum tarſus eſt: totum verò pedis ſitumpezam *Græci* vocant. Pedum digiti manuum digitis appellationibus reſpondent.

EJUSDEM

DE

CORPORIS HUMANI PARTIUM

APPELLATIONIBUS

LIBER II.

POſteaquàm extimarum corporis humani partium appellationes expoſuimus, deinceps continuata ſeriè ad latentium, internarúmque notitiam tranſeamus: quippe cùm à viris ſapientibus homo exiguus quidam mundus appelletur, cœleſtis ordinis æmulus, in membrorum fabrica, actionibúſque præſtandis varium effectum artificium poſſidens: quemadmodum igitur reliqua medicinæ præcepta, ita & quæ ad diſſectionis artem faciunt, referenda ſunt. Quam ob rem artis principia, ac veluti fundamenta illuſtrioris doctrinæ cauſa jacientes, quem ſitum membris natura tribuerit, eorúmque ſimul nomina explicabimus.

Ita-

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΟΝΟΜΑΣΙΩΝ

β.

Παραδόντες τὴν τῶν ἔξωθεν θεωρημένων ὀνομασίαν, ἐξῆς ἂν ἐπὶ τὴν ἐντόθιον μεταβαίνωμεν γνῶσιν. ἔοικε γὰρ καὶ τὰς ζοφὰς οἱονεὶ μικρὸς κόσμος ὁ ἄνθρωπος, ἀντίμιμον τῆς ὑφανίκης τάξεως, ποικίλην ἔχων δημιουργίαν ἀποτελεσμάτων ἐν τε τῇ τῶν μερῶν κατασκευῇ, καὶ τῇ τῶν ἔργων ἐκβάσει· παιδευτέον οὖν καθάπερ τὰ ἄλλα, τὰ καὶ τὴν τῶν ἰατρικήν, ὅτωσὶ δὲ καὶ τὰ καὶ ἀνατομικὰ θεωρήματα. τῆς οὖν τέχνης ἀρχὰς εἰς διδασκαλίας, καὶ οἱονεὶ ὑποβάθραν ποιούμενοι ἐκθησόμεθα καὶ παρέχε τοῖς μέρεσιν ἡ φύσις θέσιν τε καὶ ὀνομασίαν.

Εν τῇ κεφαλῇ τοίνυν περιέχει τὴν τε κοιλότητα τῶν κροτάφων καὶ τὴν κοιλότητα τῶν κροτάφων καὶ τὸν ἰνίον καὶ διὰ τοῦτο μείζων ὁ ἐγκέφαλος, κατὰ σύγκρισιν πρὸς τὰ ἄλλα ζῶα μείζων ὡς ἐπ' ἀνθρώπου τυγχάνων· ἀθαρώδης καὶ γλίσχρος ἡ σύγκρισιν, καὶ διάλευκος, ὑφ' ὧ πρὸς τῷ ἰνίῳ τέτακται ἡ καλουμένη παρεγκεφαλίς· ἡ δὲ μείζων, ἡ μέν τις ἐστὶ προσυπὴς τῶν τῶν κροτάφων ὀστῶν, ἡ καὶ σφυγμικῶς κινεῖται. δευτέρα δὲ ἡ περὶ αὐτὸν ἡ σκέπουσα τὸ λελυμένον αὐτῶν καὶ διακαλέχουσα τὴν σύσασιν. αὗται δέ εἰσι νευρώδεις καὶ ὑμενώδεις, ποσὴν τὴν αἴσθησιν ἔχουσαι καταπλοκῆς ἀγγείων· ἀκίνητος μὲν ἡ ἐνδοτέρω, δικίνητος δὲ καὶ παχυτέρα ἡ ἐπάνω. ἀπὸ δὲ τῶν ἐγκεφάλου γίγνεται ἀπόφυσις τῆς μυελῶδης διϊκνουμένη διὰ τῶν τρημάτων τῶν κροτάφων καὶ τὸ ἰνίον, καὶ διὰ τῆς τῶν σφονδύλων κοιλότητος διοχετευομένη διὰ πάντων μέχρι τοῦ τελευταίου, ἡ καὶ ἰδία σύσασις, ἀλλ' ἀπόρροια ἐγκεφάλου· καλεῖται δὲ ἐννωτιαῖος μυελός. ἐκφύσεις δέ εἰσι πόρων ἀπὸ τοῦ ἐγκεφάλου διήκουσαι νευρώδεις καθ' ἕκαστον αἰσθητήριον, οἷον ὦτα, ῥῖνας, καὶ τὰ λοιπά· μία δὲ ἀπὸ βάσεως φέρεται ἔμπροσθεν ὡς διηρημένη διχῇ, προκύπτει τε εἰς ἑκάτερον τῶν ὀφθαλμῶν καὶ τὴν λεγομένην πυελίδα, καὶ βοθρώδη κοιλότητα τοῦ προσώπου, παρ' ἑκάτερα τῆς ῥινός, ἔνθα ἡ τῶν χιτώνων πλοκὴ γέγονε.

Τῶν τοῦ ὀφθαλμοῦ χιτωνίσκων τοιαύτη. ὁ πρὸ πάντων τεταγμένος, ἀπὸ μὲν τῆς τάξεως ὠνόμασται πρῶτος· ἀπὸ δὲ τοῦ χρόας, λευκός, ὡς αἱ ὑαλοὶ μιμούνται τὴν λευκότητα τούτου, χιτὼν πρῶτος λευκός· κερατοειδὴς δὲ ἤτοι διὰ τὴν διαφάνειαν, ἢ διὰ τὸ λάμπειν τὸ ὑγρακείμενον ὑγρὸν ἔνδοθεν,

Itaque in capite intra calvariæ concavum ſuis cum velaminibus cerebrum includitur : próque corporis mole longè majus in homine quàm in cæteris animantibus reperitur : ejus ſubſtantia pulticulæ ſimilis eſt, viſcida atque præcandida : poſt id in occipitio vocatum cerebellum collocatur. Tunicarum prima calvariæ oſſibus affixa eſt, quæ pulſatorio etiam motu cietur : altera cerebro circumdata ipſum diſſipabile conſervat, ejuſque fragile corpus in unum cogit ac retinet : utráque nervoſa membranoſáque eſt, exiguo interſitorum vaſculorum ſenſu prædita : interius condita motu caret, exterior mobilis atque craſſior eſt. A cerebro medullæ proceſſus exoritur per calvariæ foramen in occipitio erumpens, per vertebrarúmque omnium cava ad extremam uſque delabitur, neque propria tamen cerebri ſubſtantia eſt, ſed emanatio, quæ ſpinalis medulla vocatur. Meatuum verò proceſſus ſunt à cerebro nervoſi ad ſingula ſenſoria, ut ad aures naréſque, & hujuſmodi alia propagati : unus autem à baſi prorſum verſus in duos diviſus progreditur, & ad utrúmque oculum pergit : quâ parte vocata pelvis eſt, atque inſtar foveæ juxta utrámque narem faciei cavitas : ubi tunicarum oculum componentium plexus efficitur.

Earum tunicarum prima nimirum ab ordine prima, à colore verò candida vocata eſt : quemadmodum & cicatrices ejus candorem indicantes oſtendunt. Tunica igitur prima candida vocatur : & cornicularis, ſive cornea : aut propter firmitatem, aut quoniam interius conditus humor per

hanc, tanquam per corniculum pellucet, aut quòd inſtar cornu in corpuſcula ædonas vocata, *id eſt fibras aut filamenta* reſolvitur. Secunda verò primæ per appenſionem uſque ad vocatam coronam adnexa eſt, quæ media dehiſcit, atque orbiculari cavo perforatur: cavatum autem corpuſculum exterius, quâ cornicularem attingit, læve terſúmque eſt: in averſâ parte aſperum, ut inquit Herophilus, quale uvæ acini corium eſſe ſolet, vaſculis perplexa hæc tunica eſt: quæ ſecunda ab ordine, perforata à ſtructura, à ſimilitudine rhagoides, *Latinè acinalis, aut uvalis:* choroides etiam, quod inſtar ſecundinarum, quas chorion *Græci* vocant, vaſculis ſit multis irrigata, nominatur. Tertia ab eodem meatu progreſſa tunica humorem ovi albo ſimilem, vitreúmque appellatum includit: eſt hæc prætenuis, vocatúrque ab humoris concretione vitrea, à tenuitate aranealis, à vaſculorum contextu figuráque reticularis: quippe quæ ex anguſto in latum diffunditur, ſinuatúrque: quò quartam tunicam humorem cryſtallo ſimilem continentem involvat, cujus dimidium prominet, ſecundinæ tunicæ foramini contiguum, dimidium cum araneali committitur. Hæc igitur tunica diſcoides, *id eſt diſco ſimilis aut lenticularis* à figura vocatur, aut à concreto humore cryſtalloides: nempe quidam hanc neque tunicam appellandam eſſe cenſent: nam membranoſam quandam congelationem eſſe dixerunt.

ἔνδοθεν, ὡς διὰ κέρατος· ἢ διὰ τὸ κέρατι παραπλησίως εἰς κηδόνας ἀναλύεσθαι. δεύτερος ὑὴ χιτών ἐστι προσυπὴς τῷ πρώτῳ γενόμενος κ᾽ πρόσαρτησιν, ἄχρι τῆς λεγομένης σεφάνης, ὃς κ᾽ τῷ ἑαυτοῦ μεσότητα διάστασιν ζώζει, κὴ τέτρηται κυκλοτερῶς. τὸ δὲ τετρημένον ζῶμα, λεῖον μέν ἐστιν ἔξωθεν, καθ᾽ ὃ προσίπτει τῷ κερατοειδεῖ· δασὺ δὲ ἀπὸ τῶν ἀπεστραμμένων, ὡς φησὶν Ηρόφιλος, ῥαγὶς σαφυλῆς δορᾷ ὅμοιος, καταπεπλεγμένοις ἀγγείοις. καλεῖται δὲ ὅτος κὴ δεύτερος τῇ τάξει, κὴ τετρημένος τῇ κατασκευῇ, κὴ ῥαγοειδὴς ἀπὸ τῆς ἐμφερείας, κὴ χοροειδὴς, ὁμοίως χορίῳ κατηγειωμένος· ὁ ὑὴ τρίτος ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ πόρου προελθὼν προσέχει ὑγρὸν τῷ λευκῷ παραπλήσιον, λεγόμενον ὑαλοειδές. ἔστι δὲ λεπτὸς ἄγαν ὅτος· καλεῖται ὑὴ ἀπὸ μὲν τῆς τοῦ ὑγροῦ πήξεως, ὑαλοειδής· ἀπὸ ὑὴ τ᾽ λεπτότητος, ἀραχνοειδής· ἀμφιβληστροειδὴς ὑὴ διὰ τὴν τῶν ἀγγείων καταπλοκὴν κὴ τὸ σχῆμα. ἀπὸ γὰρ στενοῦ εἰς πλάτος ἀναβρύνεται, κὴ κοιλαίνεται πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ τετάρτου χιτῶνος ὑγρὸν περιέχοντος κρυστάλλῳ παραπλήσιον· ὃ τὸ μὲν ἥμισυ προκύπτει ζυνεχὲς ὑπάρχον τῷ τοῦ δευτέρου τρήματι· τὸ ὑὴ ἥμισυ σύγκειται τῷ ἀραχνοειδεῖ· ὅτος τοίνυν κέκληται δισκοειδὴς, κὴ φακοειδὴς ἀπὸ τοῦ σχήματος· κρυσταλλοειδὴς ὑὴ ἀπὸ τῆς τοῦ ὑγροῦ πήξεως· τοῦτον δὲ οὐκ ἀξιοῦσί τινες χιτῶνα ὀνομάζειν. ἐπίπαγον γάρ τινα ὑμφώδη λέγουσιν εἶναι.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΕΝ ΤΩ ΣΤΟΜΑΤΙ.

Ἐξῆς μετιτέον ἐπὶ τὰ ἐν τῷ στόματι ἀναπεφυκότα. ἡ μὲν οὖν γλῶσσα θεωρεῖται πρόσφορος τῷ χήματι, ἀπὸ πλάτους εἰς στενὸν καταλήγουσα, ἐρριζωμένη ἀπὸ τοῦ φάρυγγος, σαρκώδης τε σύγκρισιν καὶ ποσῶς νευρώδης, κινουμένη εἴς τε μάσησιν τῶν σιτίων, καὶ τε τῆς καταπόσεως ἐνέργειαν, ἔτι τε εἰς τε τὸ ἐνάρθρου φωνῆς ἦχόν τὸν ἐκπεμπόμενον ἀέρα χηματίζουσα, καὶ τῷ τῆς ψυχῆς ἅπτεσθαι, αἰσθήσεως μετέχουσα τῆς γευστικῆς· καὶ δὲ τῷ βάσιν ταύτης ἐκπεφυκὼς τυγχάνει ἡ ἐπιγλωττίς, οἱονεὶ γλῶσσα μικρὰ ἐπάνω τοῦ πλάτους αὐτῆς ἐνεστῶσα καὶ τῷ φάρυγγα ἐκ βάσεως πλατυτέρας εἰς στενὸν λήγουσα, χονδρώδης τῷ σύγκεισιν, καὶ τῷ πρὸς τὸν φάρυγγα συγγένειαν· ἡ τῆς μὲν τραχείας ἀρτηρίας πῶμα γίγνεται, τε δὲ εἰς τὸν στόμαχον τῶν σιτίων καταπομπῆς ὁδός. ἐπὶ δὲ τε ἐπιγλωττίδος ἄνωθεν ἐκκρεμὴς ἐπίκειται ἡ ἰονίς, ἀπὸ τῶν κατὰ τὸν ἄνθρωπον μερῶν ἐκπεφυκυῖα, καὶ τὰ τῆς ὑπερώας τρήματα, ἃ καὶ σαφυλὴ καλεῖται, ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ ἄκρον προφερείας, ἃ ἀσφαλείαν τινὰ παρεχομένη χρείαν· διὸ καὶ ἐνδεῖν ἐμποδίζονται οἱ ταύτῃ ἀποπνιγέντες. ἐνδοτέρω δὲ τῆς γλώττης ἐξ ἑκατέρας μέρους κεῖται προσυπὴ παρόθμια, ἐξ τὸν ἀριθμὸν ὄντα, ἀδενώδη τῷ σύγκεισιν, καί πως προφερῆ, εὐτρεπῆ, ἀπόλυτα, ὑμένιοις προσειλημμένα πρὸς ἄρτησιν κατὰ βάθος· ὧν τὰ μὲν τέσσαρα ἐξ ἑκατέρου μέρους,

De his, quæ ore continentur.

DEinceps ad ea, quæ in ore latent, deſcendamus. Lingua primum turbinata figura conſideretur, à lato in anguſtum gracileſcens, à faucibus radices ducens, carnoſo & quodammodo nervoſo corpore, in cibis atterendis devorandíſqué mobilis: præterea & ad articulatæ vocis creationem emiſſum aerem ſecundum animi inclinationem conformans, guſtatoriúmque ſenſum participans. In hujus baſi epigloſſis vocata exoritur, ceu quædam exigua lingua ſupra ejus latitudinem aſſurgens, in faucibus ex latiore baſi in anguſtum finiens, cartilaginea materia conſtans, faucibúſque cognata: hæc aſperæ arteriæ operculum, & ciborum in gulam deſcenſus iter quoddam eſt. Supra epiglottida autem ſupernè columella dependet, ex palati partibus ſecundum ejus foramina exoriens: hæc & uva ab extremitatis rotunditate vocatur, nullam magni faciendam utilitatem afferens: unde fit, ut ea reciſa nulla corporis actio vitietur. In penitioribus autem ab utrâque linguæ parte affixæ tonſillæ ſunt, numero ſex, corpore glanduloſæ, figura ſubrotundæ, natura facilè mutabiles, atque diſſipabiles, membranulis quibuſdam altius inſertis convolutæ: ex his quatuor ab utroque latere cernuntur, duæ verò cerni vix queunt. Has

Græci

Græci vocant pariſthmia, quod in anguſto meatu ſitæ ſint : veteres enim *Græci* locorum anguſtias iſthmos appellabant. Antiadas verò, quaſi contrarias dicas, idcirco etiam nominabant, quoniam ore aperto inter ſe contrariæ, præſertim quum inflammatæ ſunt, appareant.

De Pharynge, id eſt aſpera arteria, gula, pulmone, liene & hepate.

INde à palati ac linguæ partibus duo itinera pateſiunt: horum prius pharynx *Græcum vocabulum habet:* inter hoc & colli vertebras gula eſt. Pharynx cartilaginoſus eſt, atque in orbem patens, ſuperius latior, infra verò anguſtior : per jugula autem appellatúmque antiſternon, *id eſt ſpinam dorſi*, quæ pectori opponitur, deſcendens in medios pulmones inſeritur: ipſoſque annulis, quæ bronchia vocant, intexit : hujuſmodi membrum aſpera arteria, quòd iſtis annulis aſperata ſit, dici meruit : bronchus etiam à quibuſdam vocatur, ad aeris inſpirando ducti tranſitum vocemque edendam à natura conſtitutus. De ipſo pulmo ſuſpenditur rarus ac pervius, pectoris inanitate concluſus: idem globoſus eſt, muriſq; caudæ figura ſpeciem repræſentans : in fibras quinque diducitur, colore cinereo atq; ſubalbido : aſſidua motione concutitur, follis morem in ſpiritus tranſitu retinens, quippe ſpiritus per aſperam arte-

θεωρεῖται· τὰ δὲ δύω ἐσὶν ἀφανέσερα· παρέλθμια δὲ ἔρηται ἀπὸ τῦ ἐν σενῷ πόρῳ κεῖθαι· οἱ γὰρ ἀρχαῖοι τὰ σενὰ ἰθμὰς ἐκάλεν. ἀντιάδες δὲ ἀπὸ τῦ κῆ τλῶ διάνοιξιν τῦ σόμα]Θ ἀλλήλαις ἐναντίας φαίνεθαι, κὴ μάλισα ὅταν φλεγμαίνωσι.

ΠΕΡΙ ΦΑΡΥΓΓΟΣ, ΣΤΟΜΑΧΟΥ, ΠΛΕΥΜΟΝΟΣ, ΣΠΛΗΝΟΣ ΚΑΙ ΗΠΑΤΟΣ.

ΕΝΤΕΥΘΕΝ δὲ ἀπὸ τῶν κῆ τὸν ἄνθρωπον μερῶν, κὴ τῆς γλώττης ἐκφύονται εἰς βάθος δύο πόροι· ὧν ὁ μὲν ἔμπροσθεν καλεῖται φάρυγξ· μεταξὺ δὲ τούτου κὴ τῶν τραχήλου σφονδύλων, σόμαχος. κὴ ὁ μὲν φάρυγξ χονδρώδης τυγχάνει, κὴ ἀναπετὴς κῆ πρὸς φέρειαν, ἐκ μὲν τῶν ἄνω πλατύτερος ὑπάρχων, ἐκ δὲ τῶν κάτω σενότερος· προϊὼν δὲ κῆ τὰς κλεῖς κὴ τὸ ἀντίσερνον, τῦ πνεύμονος ἐκφύεται μέσον, κὴ καταπλέκει τῦτον τοῖς καλυμένοις βρογχείοις· τραχεῖα δὲ ἀρτηρία κέκλη]αι ὅτος ἀπὸ τῦ τετραχῶθαι· βρόγχος δὲ ὑπὸ ἐνίων εἰς πάροδον γεγονὼς τῦ κῆ ἀναπνοὴ ἑλκομένυ πνεύματος κὴ φωνῆς χρήσιν. ἐξήρτηται δὲ ἀπ' αὐτῦ ὁ πνεύμων σομφός τε κὴ ἀραιὸς, περιεχόμενος τῷ κύτει τῦ θώρακ]Θ, σφαιρώδης, κὴ μέιζορος, τὸ σχῆμα, διαιρέμενος εἰς λοβὸς πέντε, τλῶ χρόαν τεφρὸς, κὴ ὑπόλυκος, ἀειχίνητος, χώνης τρόπον ἐπέχων εἰς δίοδον τῦ πνεύμα]Θ· τὸ γὰρ διὰ φάρυγγος ἀγόμενον

εἰς τὰ βρόγχια, διὰ τῶν ἀραιωμάτων αὐτῆ εἰς τὰ κενὰ τῆ θώρακος δίεισι, καὶ πάλιν εἰς τὸ ἐκτὸς ἀπὸ τούτου διαπέμπεται τοῖς κατὰ φύσιν πόροις.

Ἑκατέρωθέν τε προϋπέστηλαι τοῖς ὑποχονδρίοις, ὅ, τε σπλὴν, καὶ τὸ ἧπαρ, ὃ κεῖται ὑπὸ τὸν πνεύμονα· ἀλλὰ τὸ μὲν ἧπαρ εἰς τὸ δεξιὸν μέρος μᾶλλον προσηρτημένον τῷ διαφράγματι, ἐκ τῶν ὄπισθεν μερῶν ὠγκωμένον, ἐν τομαῖς λοβῶν τεττάρων ἢ πέντε διασεσημασμένον, φακῶδες τὴν χροιὰν, ὑπὸ τὸ ἐνερυθέστερον· φλεβωδέστερον δὲ τὴν σύγκρισιν, καθ' ὃ καὶ αἱματῶδες τῇ συστάσει, τῶν φλεβῶν δὲ τὰ ὑπὸ τὴν κοίλην φλέβα, τῇ διὰ τῆ διαφράγματος· ὑπὸ τὴν καρδίαν ζυνάπτον, τὰ στόματα ὑπὸ τῶν ἀρχαίων εἴρηται καὶ πύλαι· ὑπὸ δὲ τὸ κεκυρτωμένον μέρος ἔχει προσπεφυκὸς ἀγγείδιον κύστει ὡσχπλήσιον, νεφρῶδες, χολῆς περιεκτικὸν τοπικῶς ἐν αὐτῷ γιγνομένης· ἀφ' οὗ δὴ καὶ πόρος νεφρώδης τείνει διὰ τῆ μεσεντέρου ὑπὸ τὰ ἔντερα, δι' οὗ καταβεβρεχὺ διηθεῖται ἡ χολὴ εἰς τὰ ἔντερα, καὶ ὑπιχρώννυσι τὸ κόπρανον, καὶ πρὸς τὴν ἀπόκρισιν αὐτῆ προθυμίαν παρέχεται· οὗ διαφραγέντος τὸν ἴκτερον συμβαίνει γίγνεσθαι, τῆς χολῆς ἀναχεομένης εἰς τὸν ὄγκον· διὸ λαμπρὰ καὶ ἀργιλώδη τὰ διαχωρήματα φέρεται.

ΠΕΡΙ ΗΠΑΤΟΣ.

Ἔστι δὲ τὸ ἧπαρ πολύθερμον, καὶ πυρῶδες, καὶ πολλὴν τροφὴν ἀναρπάζον εἰς αὐτὸ, καὶ εἰς τὰ κατάλληλα μέρη· διὸ καὶ ὑρωστότερά ἐστι τὰ δεξιά.

ΠΕΡΙ

arteriam in bronchia tractus per pulmonis ſpiramenta intra pectoris cavum elabitur : atque iterum, foras ab hoc per naturalia foramina propellitur.

Ab utriſque præcordiis lienis jecúrque jacent : ſub pulmone à dextris jecur eſt, tranſverſo diſcrimini magis appenſum, poſteriori parte in gibbum aſſurgens : in quatuor aut quinque fibras dirimitur, colore lentis ad rubicundius tamen vergit, venoſo corpore juxta atque ſanguineo. Venas autem, quæ cavæ per interſeptum ad cor tendenti committuntur, ora portáſque vetuſti ſcriptores nuncuparunt. Sub convexa parte puſillum quoddam vaſculum veſicæ ſimile defixum eſt, nervoſum, fellíſque inibi geniti capax : à quo ſane meatus quidam nerveus per lactes ad inteſtina contendit : per quem paulatim bilis in inteſtina delabitur, excrementáque felleo colore ſuffundit, atque ipſa depellendi cupidinem infert. Hoc intercluſo itinere aurigo futura portenditur, bile per omne corpus effuſa : quocirca albidæ cretaceæque dejectiones exeunt.

De jecore.

EST autem præfervidum igneúmque jecur plurimum ad ſe alimenti attrahens, ac finitimis partibus communicans : idcircò ſiniſtris dextræ partes viribus præſtant.

De Liene.

AT lienis jecori contrarius in ſiniſtris præcordiis jacens opponitur, ad humani veſtigii longitudinem protentus, ſuperius rotundus & robuſtus, infra contractus & gracilis, medius anguſtior, vini fæcis colore perfuſus, laxus ac foraminulentus, conceptaculis multis implicitus : ignavum membrum, nullóque fungens miniſterio.

De Corde.

PUlmonis fibris cor circumtegitur, intra pectus ſedem habens ſecundum medium, magis tamen ad ſiniſtram declinans, & ſub ſiniſtra mamma collocatur, pinei nuclei effigiem adeptus, & à lata baſe in mucronem inſtar turbinis acuminatum, muſculoſum natura atque nervoſum, pulſatorio ſemper motu percitum, medium inane, duobus manifeſtis ſiniſtris concavum, altero in dextris, qui ſanguineus, quòd multitudine ſanguinis affluat, appellatur: altero in ſiniſtris ſpirituoſo, quoniam ſpirituum copia redundat, nuncupato: inde fit etiam, ut ſpirituum agitatione moveatur. Membranis præterea utrinque latioribus auricularibus vocatis cor præcingitur: quoniam ad aurium imaginem cordis lateribus inhærent, & prominent. Ab ipſo verò plura conceptacula naſcuntur, & venæ,

ΠΕΡΙ ΣΠΛΗΝΟΣ.

Ο δὲ σπλὴν ἐναντίως τέτακται τούτῳ· κεῖται γὰρ τὸ ἀριστερὸν ὑποχόνδριον παρεκτεινόμενον ἀπὸ μήκους ἀνθρωπίνου ἴσχνει· ἐκ μὲν τῶν ἄνω φερὴς καὶ ἐρρωμένος, ἐκ δὲ τῶν κάτω ξυναγόμενος καὶ ἰσχνὸς, τοῖς μέσοις δὲ γενούμενος, τρυγώδης τὴν χροιὰν, χαῦνος τὴν σύγκρισιν, καὶ ἀραιὸς, ἀγγείων ἔχων καταπλοκὴν, ἄτρακτος καὶ ἀνενέργητος.

ΠΕΡΙ ΚΑΡΔΙΑΣ.

Προσείληπται δὲ τοῖς λοβοῖς τὸ πνεύμονος ἡ καρδία, κειμένη ἐν τῷ θώρακι, καὶ κατὰ τὸ μεσότητα μᾶλλον ἢ τὰ ἀριστερὰ νεύουσα, καὶ κατὰ τὸν ὑμένυμον μαστὸν τεταγμένη, τῷ σχήματι στρογγυλοειδὴς. καὶ ἀπὸ πλατείας βάσεως εἰς κορυφὴν ξυννεύουσα κωνοειδῶς· τὴν δὲ σύγκρισιν μυώδης τὲ καὶ νευρώδης παλλομένη ξωοχῶς, σφυγμοῦ κινήματι, μεσόκοιλος ἔχουσα κοιλίας δύο αἰθητὰς ἐν αὐτῇ, τὴν μὲν ἐν δεξιοῖς λεγομένην αἱματικὴν, διὰ τὸ πλέονος αἵματος εἶναι ποιητικήν· τὴν δὲ ἐν τοῖς ἀριστεροῖς, καλουμένην πνευματικὴν. διὰ τὸ τὸ πνεῦμα πλέον ἐμποιέχειν, ἢ καὶ κινεῖται κατὰ ἀπόθεσιν τοῦ πνεύματος, ὑμέσι παρ' ἑκάτερα πλατέσι κεχρημένη ὑποειδέσι, διὰ τὸ ποιὴ αὐτὴν ὑποειδῶς ἐσχηματίσθαι· ἐκφύεται δὲ ἀπ' αὐτῆς ἀγγεῖα πλείονα, φλέβες τὲ καὶ ἀρτηρίαι, ἀφ' ὧν τὸ

ὅλον

